

handlung und
tiquariat.
Breslau,
inerstrasse 2/3.


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ET ECCLESIAE
VE RI TAS







ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

XENOPHONTIS
QUAE EXTANT

EX
LIBRORUM SCRIPTORUM FIDE
ET
VIRORUM DOCTORUM CONIECTURIS
RECENSUIT
ET
INTERPRETATUS EST

IO. GOTTLOB SCHNEIDER
SAXO

TOMUS TERTIUS
HISTORIAM GRAECAM CONTINENS

EDITIO NOVA EMENDATIOR

LIPSIAE
SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE
MDCCCXLIX.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ

XENOPHONTIS
HISTORIAE GRAECAE
LIBRI SEPTEM

EX
LIBRORUM SCRIPTORUM FIDE
ET
VIRORUM DOCTORUM CONIECTURIS
RECENSUIT
ET
INTERPRETATUS EST

IO. GOTTLOB SCHNEIDER
SAXO

EDITIO NOVA EMENDATIOR.

LIPSIAE
SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE.
MDCCCXLIX.

PRAEFATIO.

De ipsa Xenophontis Graeca Historia pauca praefari lubet, quibus si lector animum bene praeparatum ad lectionem horum librorum attulerit, nullibi a vero iudicio eum aberrare posse confido. Aptum est initium eius a fine historiae a Thucydide conditae, cuius postremum annum statim ab initio absolvit Xenophon, etiam in reliquis signandis morem Thucydidis secutus, qui singulos belli Peloponnesiaci annos veris, aestatis hiemisque notis distinxit [a]). Annorum enim Olympiacorum notis, una cum Archontum nominibus positis, historiam primum Timaeum distinxisse admonuit Polybius [b]), cuius testimonio usus primus Marsham, eumque secutus Dodwell et Corsini annos Olympicos, annis reliquis belli Peloponnesiaci naturalibus, non item belli Boeotici, Corinthiaci, additos, ab aliena manu esse demonstrarunt. Atque eodem plane argumento aliena etiam nominum archontum atque ephororum annis belli Peloponnesiaci reliquis additorum auctoritas convincitur. Hoc igitur extra omnem dubitationem positum esse censeo, notas temporum omnes, praeter istas Thucydideas seu naturales, quas hodie in prioribus Xenophontis libris duobus appositas conspicimus, diversum a Xenophonte et plane ignotum habere auctorem, de cuius fide postea paucis videbimus, etsi in eo vel refellendo vel confirmando non adeo nunc elaborandum esse puto.

Ante omnia examinabimus locum Diodori Siculi XIII, c. 42., ubi de hac Xenophontis historia ex Thucydidea apta et connexa ita tradit sub anno 2. Olym-

piadis 92. Rebus, inquit, hucusque narratis Thucydides opus suum conclusit, quo annorum duorum et viginti historiam complexus est. Ab eodem autem inde tempore, in quo substiterat Thucydides, exorsi Xenophon et Theopompus res gestas Graecorum perscripserunt; hic quidem annorum septemdecim spatium libris duodecim complexus in pugna navali ad Cnidum substitit; ille vero annorum quadraginta et octo historiam ad mortem Epaminondae usque deduxit. Haec Diodorus, qui pugnam navalem ad Cnidum annotavit sub anno 2. Olympiadis 96., mortem autem Epaminondae sub anno 2. Olympiadis 104. In qua ratione numerus annorum Xenophonteorum 48 ad Olympicos relatus, si a tertio anno Olympiadis 92. coeperis numerare, bene constat; annorum vero Theopompicorum 17 numerus, si ab eodem 3. anno Olymp. 92. exordiaris et annum 2. Olymp. 96., quo victoria Cononi ad Cnidum contigit ex ratione Diodori, comprehenderis, uno minor, annorum scilicet sexdecim efficitur. Igitur numerum continuare oportet ad annum 3. Olympiadis 96., quo ineunte Cononi victoriam contigisse demonstravit Dodwell. Atque ita ipse Diodorus errorem suum in annotando victoriae Cononis navalis anno Olympico manifestavit, ut praeclare admonuit idem Dodwell.

Eosdem annos Olympicos ad historiam Thucydidis transtulit Diodorus, quam in loco antea laudato viginti et duorum annorum spatium complecti ait, cum tamen ipse Thucydides VIII, 109. annos ne quidem 21 integros se absolvisse, scilicet naturales, affirmet. Ne vero numeros in Diodori loco altero XII, 37. et a Dionysio Halicarnassensi repetitos a librariis corruptos fuisse suspicemur cum Dodwello, recte admonuit eruditissimus Wesselingius, ab anno Pythodori archontis, a quo historiam belli Peloponnesiaci exorsus est Thucydides, ad annum Theopompi, quo conclusit opus immortale, effici annos viginti et duos, scilicet Olympicos, qui naturales Thucydidis et Xenophontis

annos fere medios dividunt. Quare bene a Dodwello constitutas annorum Xenophonteorum rationes cum Olympicis comparatorum transtuli etiam ex Annalibus eius in marginem paginarum, ita, ut Olympicorum annorum duae dimidiatae partes ad unum naturalem Xenophonteum hac formula Olymp. 92 $\frac{1}{2}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$, Olymp. 93 $\frac{4}{1}$ annotarentur.

In rerum ipsarum narratione per annos quadraginta octo dispensanda enituit ingenium et diligentia Dodwelli, cuius Annales Xenophonteos vel ideo huic nostrae editioni addendos censuimus, ut lector diligens rationes annorum Olympicorum in margine paginarum appositorum cognoscere et ponderare, atque ita Xenophontis narrationem cum reliquorum scriptorum libris et fragmentis comparare, et si quae forte nondum satis apto et concinno ordine digesta sunt loca, ipse rectius ordinare aut rationes Dodwelli novis argumentis temporum confirmare posset.

In reliquis belli Peloponnesiaci annis numerandis et per Olympicos annos digerendis valde hucusque laborarunt viri docti, quorum opiniones conciliare inter se conatus est postremus Historiae Graecae Editor *S. Fr. Nath. Morus.*

Scilicet in libri II. cap. 3, sectione 9. post dirutos Athenarum longos muros haec adduntur: Haec universa Lysander Lacedaemoniis tradidit sub aestatis finem, qua post 28. annum sextumque mensem bello Peloponnesiaco finis est impositus. Deinde enumerat Ephoros horum 28 cum dimidio annorum eponymos 29. Hunc igitur numerum annorum 28 cum dimidio cum viri docti ad rationes annorum naturalium, quas cum Thucydide secutus est Xenophon, accommodare vellent, discrepantiam insignem repererunt, eamque variis modis tollere sategerunt. Verum recte admonuit atque operose docuit Morus, eum numerum annorum 28 cum dimidio esse Olympicorum, non naturalium. Initium enim belli Peloponnesiaci, consentientibus Chronologis omnibus,

incidit in annum 1. Olymp. 87.; muris autem Athenarum longis dirutis, postea triginta virorum imperium institutum sub finem aestatis, hoc est, initio Olympiadis 94. seu anno 1. Olympici enim anni ab aestate seu mense Hecatombaeone Attico incipiunt, quo Archontes et reliqui magistratus reipublicae administrationem auspicabantur. Atque ita anni Olympici ab Olympiadis 87. anno 1. deducti ad Olympiadis 94. annum 1. efficiuntur anni 29, a quibus si postremum dimidiatum detraxeris, relinquuntur anni 28½. Qua quidem in ratione mihi hoc unum displicet, quod menses sex numerantur praeter 28 annos; in computatione enim annorum Olympicorum menses numerari non solent; nec eorum in annis Thucydideis 21 non integris tamen, et naturalibus, cum Olympicis 22 comparandis, rationem habuit Diodorus.

Verba igitur illa, quibus numerum annorum belli Peloponnesiaci subduxit auctor, satis multa, (ab initio enim sectionis 9. ad initium sectionis 11. procurrunt) ab interpolatore interserta esse, necesse est ut statuamus. Si enim ille annos Olympicos, ut videtur, numeravit, statim hoc ipso indicio arguere licet alienum rationis huius auctorem. Ea enim si uti voluisset Xenophon, debebat eandem et reliquis historiae suae annis accommodare; quod tamen is minime fecit. De annis vero naturalibus si numerum 28 annorum cum dimidio intelligi voluit, tum vero repugnat auctoritati Thucydidis V, 26., qui bello Peloponnesiaco assignaverat annos tantum septem et viginti.

Cum hoc interpolationis auctore consentit is, qui orationi Xenophonteae interseruit et quibusdam belli Peloponnesiaci annis naturalibus, non omnibus, quod mirum merito lectori accidit, numeros apposuit. Ita enim capitis 3. libri I. initio annotavit, exiisse iam bello Peloponnesiaco annos integros duos et viginti et tertium incipere. Iterum initio capitis 6. adscripsit, annos belli istius iam effluxisse quatuor et viginti. Denique

in libri II. cap. 1, sect. 7. annotavit, annos tum belli Peloponnesiaci iam exiisse quinque et viginti, et sextum agi. Atque ita ad imperium triginta tyrannorum institutum decurrunt anni Thucydidei septem et viginti.

Gravior nunc accedit quaestio de ratione ea, quam secutus est, quisquis ille fuerit, qui duobus in locis Olympiadum notam apposuit. Scilicet initio capitis 2. libri I. adscripsit Olympiadem 93. atque iterum libri II. cap. 3. Olympiadem 94. non posito quidem ipso numero, sed editis tantum victorum Olympicorum nominibus. Quod si has Olympiadum notas cum annis naturalibus, quales et quot numeravit Xenophon in istis locis, comparaveris, initium Olympiadis 93. incidet in annum 22. belli Peloponnesiaci exeuntem, Olympiadis autem 94. in annum belli 27., cum deberet in annum 26. exeuntem convenire. Itaque haec Olympiadum cum annis Xenophonteis comparatio sibi ipsa adversatur nec refutatione copiosa indiget.

Alium igitur et diversum auctorem habere videtur illa gemina Olympiadum numeratio, qui fortasse scriptorem hodie nobis ignotum secutus, ubi res easdem narrari sub anno primo Olympiadis 93. et 94. viderat, eorum annorum numeros Xenophonti ineptissime inseruit. Fuisse vero variis modis aberratum in annis belli Peloponnesiaci et conversionis rerum et reipublicae Atheniensium sub imperio triginta tyrannorum computandis, vel inde patet, quod Diodorus imperium horum tyrannorum male ad finem usque Olympiadis 94. prorogavit.

Superest maxima in ipsa Xenophontis oratione et historia difficultas si non explicanda, quod fieri vix potest, tamen annotanda. Scilicet anni Thucydidei 21. reliquias absolvit statim ab initio historiae Xenophon, et pugnam navalem cum Dorico et Mindaro factam ab Atheniensibus accidisse ait sub initium hiemis. Abhinc narratio decurrit ad finem capitis, nulla novi anni naturalis interposita nota, quae demum initio capitis 2.

apposita conspicitur. Tam multa autem narrantur facta fuisse in hoc capite, ut nullo modo anni naturalis reliquiae, nec ipsa adeo hiems subsecuta ea capere potuisse videantur. Praeterea, comparata Diodori narratione aliisque rerum argumentis, docuit primus Palmerius Exercitt. ad Gr. Auctores p. 60. et post eum Dodwellus, duorum annorum res gestas in hoc unum caput collatas, nec satis clare annorum differentiam a Xenophonte fuisse oratione distinctam. Atque ad hanc rationem, ut scilicet capitis primi res gestae a sectione inde 11. anno belli Peloponnesiaci non 21. sed 22. tribuantur, accommodare volebat Palmerius numerum annorum 28 cum dimidio, quem interpolator ad II, cap. 3, sect. 9. assignat bello Peloponnesiaco. Quam si rationem amplecti velis, relinquitur tamen numerus Olympiadum appositarum geminarum et annorum belli Peloponnesiaci tribus in locis singulatim appositus plane falsus, quem nulla ratione nec cum Palmerii Dodwellique, nec cum vulgari annorum belli Peloponnesiaci supputatione, qua uno anno maior aut minor numerus efficitur, conciliare licet; deinde etiam alium credere oportet interpolatorem geminas Olympiadas, alium annos belli Peloponnesiaci tribus in locis apposuisse et adnumerasse. Equidem Dodwelli rationes secutus annos duos primo capiti apposui. Reperi enim deinceps etiam Xenophontem non satis ubique annos diversos nota veris, aestatis hiemisve distinxisse, sed una continuaque narratione veluti confudisse, quos deinde Dodwelli ingenium separatos explanavit.

Post Historiam Graecam demum Anabasin scriptam fuisse Cyri, probabilis est virorum doctorum opinio, cuius argumenta breviter exposui in annotatione ad libri III. cap. 1, sect. 2., ubi Themistogenem Syracusium expeditionem Cyri narrasse ait, lectoresque ad eius librum ablegat, nulla sui operis facta mentione.

Subsistere Historiam Graecam in morte Epaminondae, hoc est Olympiadis 104. anno 2., iam supra

admonui. Praeterea tamen Xenophon sequentis etiam Olympiadis annos aliquot narratione libri VI, cap. 4. praecepit. Obiter enim ibi Alexandri Pheraeorum tyranni caedem refert, quae Olympiadis 105. anno 4. contigit. Ex quo loco recte arguit Wesselingius ad Diodorum T. II, pag. 62. falsum esse, quod velut ex Steseclide Atheniense tradit Diogenes Laertius II, 56., Xenophontem anno Olympiadis 105. primo diem suum obiisse. Huic tamen opinioni adhaesisse etiam videtur Diodorus XV, 76., ubi Xenophontem ait in summa senectute (ἐσχατόγηρως ὤν) condidisse Historiam Graecam; meminisse enim adhuc mortis Epaminondae, quae paulo post (μετ᾽ ὀλίγον χρόνον) contigerit. Haec ille sub anno 3. Olympiadis 103. Xenophontem valde senem et Corinthi quidem obiisse ex Demetrio Magnesio refert Diogenes; annos 90 vitae illius assignavit Lucianus in Macrobiis cap. 21. T. III, pag. 223. Videamus nunc, si quae forte ipse Xenophon scriptis suis aetatis suae vestigia impresserit, ex quibus constituere de senectute et morte eius certius aliquid possimus. Igitur in Anabasi III, 1, 25. iuventutem suam prodidit ipse in oratione, ubi est: οὐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι ἐρύκειν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ τὰ κακά. Ex quibus arguere licet, Xenophontem tum nondum virilem aetatem attigisse, nec ἀκμαῖον dici potuisse. Hinc Phalinus adolescentem eum appellat II, 1, 13. ἀλλὰ φιλοσόφῳ μὲν ἔοικας, ὦ νεανίσκε. Ex his igitur locis primus Interpres Anabaseos elegantissimus, Gallus Eques *de la Luzerne*, in Versione p. 560—563., post eum alter eiusdem Anabaseos Interpres doctissimus, *Larcher*, T. I. Praefat. p. XXIX. docere conati sunt, falsam esse notitiam ex Stesiclide excerptam a Diogene de anno mortis, atque item alteram ab eodem Diogene II, 22. 23. traditam, et a Strabone IX, p. 403. repetitam, ubi Socrates Xenophontem post pugnam ad Delium, postquam ex equo decidisset, in humeros sublatum portasse et servasse dicitur. Pugna ad Delium accidit anno 1. Olympia-

dis 89.[c]). A quo usque ad annum 4. Olympiadis 105., quo caedem Alexandri Pheraei ipse Xenophon commemoravit, excurrunt anni omnino 68. Ad summam igitur annorum 90, quibus vitam Xenophontis inclusit Lucianus, desunt anni 22, qui efficere debent aetatem illam, quam habuit, cum pugnae ad Delium interesset[d]).

Scilicet ex lege a Demosthene commemorata adolescentibus a vicesimo demum anno licebat in bella peregre exire, ab octavo et decimo usque ad vicesimum *περιπολεῖν* lege cogebantur, quod est genus custodiae publicae militaris. Sumere licebit, hanc primam Xenophontis fuisse expeditionem peregrinam, post exactum aetatis vicesimum annum susceptam. Supputantes nunc annos ab hoc aetatis vicesimo et Olympico 89, 1. usque ad Olymp. 94. annum 4., quo susceptam esse Cyri expeditionem posuit Diodorus eumque secuti reliqui Chronologi, aut annum 3., ad quem expeditionem referendam esse affirmat Larcher, reperiemus, ab anno aetatis vicesimo excurrisse ad annum 4. Olymp. 94. annos aetatis 44, ad annum vero 3. Olymp. 94. annos 43. Quaeritur nunc, num in istam aetatem conveniat adolescentis nomen, quo Phalinus Xenophontem appellat in Anabaseos loco laudato? Peropportune ibi annotavit Zeunius noster, Agesilaum dici regnum adeptum esse *ἔτι νέον ὄντα* in Agesilao Xenophontis 1, 6., annos vero tres et quadraginta natum a Plutarcho in Agesil. c. 40.; similiter quadragenarium *adolescentem* dici a Cornelio Nepote in Attico c. 8. Vides igitur, in hoc argumento, a voce adolescentis ducto, nihil plane esse praesidii relictum ad impugnandam Diogenis et Strabonis fidem de pugna ad Delium, ut recte admonuit ad Anabasin Zeunius. Sed is ultra verum evagatus statuit, in altero Anabaseos loco III, 1, 25. verba: *οὐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι ἐρύκειν ἀπ' ἐμαυτοῦ τὰ κακά*, ita esse interpretanda: *nolo detrectare usus aetatis iam minus vegetae excusatione, sed arbitror satis mihi virium*

superesse ad mala a me propulsanda; Phalinum igitur, cum Xenophontem adolescentem appellaret, contemsisse potius eum, veluti petulantem, quam aetatem iam provectam respexisse, putabat vir doctus. Sed is non animadvertit verba eiusdem libri cap. 1, sect. 13., ubi Xenophon in somnio ipse de se ait: *ποίαν ἡλικίαν ἐμαυτῷ ἐλθεῖν ἀναμένω; οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι πρεσβύτερος ἔσομαι, ἐὰν τήμερον προδῶ ἐμαυτὸν τοῖς πολεμίοις.* Alter est locus lib. III, c. 2, 37., ubi Xenophon ait: *ὀπισθοφυλακῶμεν δ' ἡμεῖς οἱ νεώτατοι, ἐγώ τε καὶ Τιμασίων.* Quae quidem loca uti aetatem minime provectam sed virilem arguunt, ita in eam vocabulum *νεανίσκου* seu adolescentis ex usu graeci sermonis optime convenit; nihil igitur causae est, cur fidem Diogenis et Strabonis suspectam habeamus de proelio ad Delium facto; per aetatem enim potuisse illi adesse Xenophontem, satis declaratum est *).

Explicata hac temporum disputatione, iudicium meum de ipsa Xenophontis historia ponam. Expressit igitur omnem ingenii sui venustatem, animi simplicitatem, honestatis amorem et pietatem in deos verbis tam puris et elegantibus, ut imaginem animi, ingenii morumque eius verissimam exstare in Historia Graeca affirmare liceat. A Socratis familiaritate traxisse videtur illam, quam nimis saepe prodidit, in Lacedaemoniorum leges disciplinamque publicam propensionem, quam exsilii etiam causam discipulo fuisse referunt. Hinc factum est, ut consilia et res regum Lacedaemoniorum multo accuratius et minutius enarraret, quam reliquorum Graeciae populorum, adeo, ut amores ducum Laconicorum saepiuscule immisceret, et Cleonymi quidem longa, quamquam suavissima, oratione (libro V, cap. 4, sect. 25—34.) enarraret; parcus laudum in Athenienses et reliquos Graecos, praeter Iphicratem et Sicyonios, Lacedaemoniorum socios fidelissimos. Epaminondam nominavit demum, ubi nomen eius tacere non licebat, elogio brevissimo in morte

eius defunctus, nec satis luculento pro egregiis magni viri virtutibus. Multa praeterea nimis breviter et abrupte, non satis ubique temporum differentia locorumque natura et rerum statu annotatis, oratione pura et nuda narravit, quae proxime a Iulii Caesaris simplicitate abesse mihi videtur.

De fide eius in rebus Graeciae narrandis iudicium satis certum ubique ferre hodie non licet, quoniam tot historicorum libris, qui eorundem temporum historiam persecuti fuerant, caremus. Quidquid tamen fragmentorum magno librorum inprimis grammaticorum oceano innatantium expiscari potui, diligenter ubique apposui et cum narratione Xenophontea comparavi; saepius tamen omne de diversitate, si qua esset, iudicium lectori intelligenti permisi. Quod si hic brevem horum scriptorum indiculum posuero, non ingratam lectoribus meis operam daturum me esse, spero.

Cratippi librorum argumentum posuit Plutarchus de gloria Atheniensium p. 361. Reiskii, e quo loco apparet, Cratippum Thucydidis historiam continuasse ad imperium maris Atheniensibus a Conone restitutum. Eundem nominat in vita Andocidae p. 317. Dionysius autem Halicarnassensis de Thucydide p. 817. ed. Reiskii Cratippum Thucydidi aequalem facit: ὡς καὶ Κράτιππος, ὁ συνακμάσας αὐτῷ καὶ τὰ παραλειφθέντα ὑπ' αὐτοῦ συναγαγών, γέγραφεν, οὐ μόνον ταῖς πράξεσιν αὐτὰς ἐμποδὼν γεγενῆσθαι λέγων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσιν ὀχληρὰς εἶναι (τὰς ῥητορείας). Cf. Fabricii Biblioth. gr. I, p. 869.

Theopompus vero Chius, historiam rerum graecarum ab eodem principio cum Xenophonte exorsus, ad pugnam navalem Cononis ad Cnidum Olympiadis 96. anno 2. deduxit, auctore Diodoro XIII, 42. et XIV, 84., ubi libros duodecim numerat, etsi Suidas eumque secuta Eudocia Violeti p. 230. numerum tantum undecimum ponit. Librum duodecimum intercidisse dixerat iam olim Menophanes; contra Photius Patriarcha in Bibl. Codic. 176. librum illum se legisse affirmat. At

enim vero quaecunque inde refert, omnia pertinent ad tempora pugna navali ad Cnidum facta posteriora; ut recte monuit Wesselingius ad Diodorum T. I, p. 573., qui Photium deceptum a falso libri titulo esse suspicari videtur. Tempora enim illa post pugnam navalem ad Cnidum non Theopompum, sed Callisthenem persecutum esse narratione, putabat; in qua tamen opinione virum doctissimum falsum esse puto. Reperta enim indicia pauca locorum Theopompi, quae ad tempora pugna navali ad Cnidum posteriora, veluti Epaminondae in Spartam expeditionem, pertinent, apposui ad singula Xenophontis capita, quibuscum comparari debent. Aliud sed levius argumentum posuit *Heyne* in Commentatione de fontibus Diodori in Comment. Goetting. T. VII, p. 111. Scilicet post pugnam navalem Cononis narrationem Theopompus transtulit ad res Philippi Macedonis, cuius rerum gestarum historiae inseruit res Graecorum. Ita Polybius VIII, 13. de Theopompo: *ὅς γε ἐπιβαλόμενος γράφειν τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις, ἀφ᾽ ὧν Θουκυδίδης ἀπέλιπε, καὶ συνεγγίσας τοῖς Λευκτρικοῖς καιροῖς καὶ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν Ἑλληνικῶν ἔργων, τὴν μὲν Ἑλλάδα μεταξὺ καὶ τὰς ταύτης ἐπιβολὰς ἀπέῤῥιψε, μεταλαβὼν δὲ τὴν ὑπόθεσιν τὰς Φιλίππου πράξεις προὔθετο γράφειν· καί τοι γε πολλῷ δικαιότερον ἦν καὶ σεμνότερον τῇ περὶ τῆς Ἑλλάδος ὑποθέσει τὰ πεπραγμένα Φιλίππῳ συμπεριλαβεῖν ἤπερ ἐν τῇ Φιλίππου τὰ τῆς Ἑλλάδος.* Scholiastes Aristophanis ad Acharnenses v. 6. (quae fabula data est Olympiadis 88. anno 3.) e Theopompo narrat Cleonem a populo quinquaginta talentis multatum.

Callisthenes, Aristotelis auditor, suum de rebus Graecorum opus a pace Antalcidae, hoc est Olympiadis 98. anno 2. exorsus, et tricennale tempus libris decem complexus, deduxerat ad templum Delphicum a Philomelo Phocensi captum atque expilatum, auctore Diodoro XIV, 117. et XVI, 15. Huius fragmentum unum atque alterum cum narratione Xenophontea comparavi.

De pugna ad Tegyram suspicor fuisse locum in tertio apud Stephanum Byz. in Τέγυρα.

Anaximenes Lampsacenus, Diogenis Cynici auditor, aequalis Alexandro, historiam graecam (τὴν πρώτην Ἑλληνικῶν inscriptam) a deorum ortu et generis humani primordiis exorsus, descendit usque ad pugnam Mantinicam et Epaminondae mortem, res Graecorum et Barbarorum fere omnes libris duodecim complexus, auctore Diodoro XV, 89.

Ephorum Cumaeum, Isocratis discipulum, exordium scribendi fecisse ab Heraclidarum reditu in Peloponnesum, auctor Diodorus IV, 1., qui V, 1. Ephorum, ait, res passim in Graecia a diversis populis gestas (τὰς κοινὰς πράξεις) non solum oratione eleganti, sed ordine etiam lucido perscripsisse, et certum rerum genus per singulos libros distribuisse. Hinc Polybius ait, solum Ephorum historiam universalem, quam dicunt, scribere aggressum esse. Ex libro septimo et decimo causam mortis Alcibiadis repetitam posuit Diodorus XIV, 11. et Athenaeus XIII, p. 574. Conclusisse obsidione Perinthi Olympiad. 109. anno 4. historiam, affirmat Diodorus XVI, 76. Saepissime quidem huius testimonio usi reperiuntur antiquitatum Atticarum interpretes, sed pauca reperi fragmenta, quae cum Xenophontea narratione comparare possem. Ex Ephoro pugnam Leuctricam memorat Plutarchus de Garrulitate p. 44. ed. Reiskii.

Duris Samius, cuius frater Lynceus Theophrasti discipulus fuit, teste Athenaeo VIII, p. 337. historiae graecae exordium duxit post Leuctricam Lacedaemoniorum cladem ab anno 3. Olymp. 102. auctore Diodoro XV, 60. sed puto, eum respexisse potius Macedonicam eius historiam quam Graecam, aut errasse. Nam res ab Alcibiade, cuius genus ipse iactabat, et Lysandro gestas in Asia narrasse copiose Durin, discimus ex Plutarcho, qui, in plurimis licet fidem Xenophontis secutus, multa tamen ex Samio scriptore, etiam nominato, sup-

plevit, ex cuius testimonio vitia et lacunas duorum Xenophontis locorum agnovi. Eius de Theopompo iudicium et suum de Duride posuit Photius in Codice 176, p. 394.

Atque hi sunt illi scriptores graeci antiquissimi, quos in hac historiae graecae parte nominatos praecipue sequi videtur Diodorus, cuius libri soli supersunt hodie, ex variis auctoribus excerpti, nec raro a Xenophontea narratione longissime abeuntes, quorum de fide incertissimum est atque inconstans iudicium, cum narrationis auctorem ut plurimum ignoremus. Hos igitur diligentissime excerpsi et comparavi cum historia Xenophontis, veluti totidem veterum historicorum Xenophonti suppariam fragmenta, de quorum auctoritate forte aliquando certius constabit.

Subiungam pauca, unde de hac nostra Historiae Graecae recensione lectores iudicare poterunt. Librarius is, cui operam suam in edendo hoc Xenoph. libro addixerat Zeunius, eius post mortem me, Lipsiae forte versantem, in successionem eius provinciae vocavit, non invitum. Praecipue enim Xenophontem ex Atticis scriptoribus lectitaveram, quia mira eius cum simplicitas, tum venustas, cum Socratica philosophandi ratione coniuncta, a prima iuventute me magnopere delectaverat. Tradidit mihi librarius simul initia commentariorum, quos in Historiam Graecam paraverat Zeunius, et quos perire nolebat, si quid forte inde laudis et honoris memoriae viri docti accedere posset. Obsecutus igitur honesto librarii honesti consilio, primo loco posui observationes Zeunii, quae ad libri secundi cap. 1, sect. 25. pertingunt, iisque addidi, quae ipse lectoribus Historiae Xenophonteae utilia fore existimabam. Nec difficile erit lectoribus iudicium, quantum mea interpretandi ratio saepenumero a Zeuniana discrepet; utinam omnes interpretis perfecti numeros implere mihi licuisset! Sed defuere librorum scriptorum auxilia, quorum copiis sine dubio affluet ea Historiae Xenophonteae editio, quam, a magnae eruditionis viro, Val-

ckenario, paratam iam sub prelo sudare aiunt[r]). Quae enim ex Codice Veneto aliquo afferuntur lectiones in Catalogo Bibl. D. Marci Venet. 1740. p. 173. vix erant memoratu dignae. Paucas sed bonas ex Parisino regio attulit Brunckius, a quo reliquas impetrare non potui[s]). Interim librorum editorum atque editionum antiquarum copias omnes contraxi, iisque usus multorum locorum sententiam lectionemque expedivi. Aldinam utramque comparaverat etiam postremus Historiae huius interpres, S. Fr. Nath. Morus, vir doctissimus, in quo eruditioni parem modestiam humanitatemque omnes mecum amabunt. Alteram Iuntinam anni 1517. a Moro non comparatam diligentissime ad marginem libri sui contulerat Zeunius, unde lectiones eius excerptas posui. Brylingerianam seu Basileensem utramque, anni scilicet 1555. et 1568., comparaverat etiam Morus; omisit tamen lectiones aliquot non contemnendas, quas inde annotaverat Zeunius. Brylingeriana haec editio adiunctam habet versionem latinam a Bilibaldo Pirckheimer factam. Alterius Brylingerianae titulus promittit quidem Io. Brodaei annotationes; eae tamen separatim Basileae 1559. editae prodierunt. Has diligenter excerptas singulis Historiae Graecae locis apposuit Morus. Leonclavianam editionem anni 1594. comparaverant Morus et Zeunius; ego vero ex editione Parisiensi 1625. multas addidi varietates, quas uterque omiserat. Neuter enim editionem illam tractaverat. Stephanianam anni 1581. comparavit Morus; ego vero neutram Stephanianam inspicere potui, dum haec commentabar. Editionem Castalionis plane omiserat Morus, cuius omnem varietatem, saepenumero ab emendatione viri docti profectam, addidi excerptam. Immerito etiam in Historia Graeca Morus, ut in reliquis Xenophontis libris Zeunius, praeterierat Fr. Porti Commentarios editos 1586. atque item filii eius, Aemilii Porti, annotationes, quas equidem ex editione Leonclavii Parisiensi 1625. excerpsi. Multas Fr. Porti emendationes et con-

lecturas non nominati tamen in margine posuit Leonclavius, aliquot etiam ingenio suo tribuerat, quas deinde patris memoriae vindicavit filius Aem. Portus. Welsianam non nominarem, etsi tanti quibusdam visam, ut typis repeterent, nisi laudandum in ea putarem egregium consilium, quo H. Dodwelli Annales Xenophonteos seu Chronologiam Xenophonteam praefixit Editor, quam inde repetitam addidi huic novae recensioni, numerisque sectionum a Zeunio institutarum accommodavi, mendis scripturae aliquot simul sublatis*). Hanc enim ubique lector diligens comparare debet, nisi a temporum ordine aberrare velit, aut hunc praeclarum Xenophontis librum quasi fabulam aliquam romanensem legendum delectationis causa sibi sumserit. Annorum notas inde excerptas ipsi etiam orationi Xenophontis apposui, quas secutus lector facile singula Annalium loca reperiet, ubi res quaeque pertractatur a Dodwello: plures tamen in annotatione correxi. Denique ab Heynio meo accepi libellos duos emendationum in Hellenica scriptarum a Io. Henr. Iust. Koeppen, alterum anno 1787., tertium 1788. Hildesiae editum. Primum enim ipse non tractavi, sed ex nunciis litterariis Goettingensibus coniecturas, commemoratas ibi, excerpsi, verum tamen non omnes; quam quidem regulam etiam in duobus reliquis libellis secutus sum, ubi conatus viri docti approbare equidem nulla ratione poteram. Multae vero earum emendationum, quas posui, lectoribus ingenium viri docti atque eruditionem commendabunt facile ipsae absque meo praeconio.

Lectorum erit iudicium, num quid ipse adiumenti illis attulerim ad rectius interpretandam iudicandamque Graecam Xenophontis Historiam, an intra voluntatem conatus mei substiterint. Fateor, me nunquam cogitasse de paranda Historiae huius editione, etsi inter legendum multas in marginem libri mei congesseram undique annotationes; sed facile me a librario ex medio studii historiae naturalis curriculo revocari ad dilectum

mihi semper Xenophontem passus sum; concepi enim simul spem aliquam, posse aliquando a me retractari Opuscula scriptoris nostri Oeconomica, Venatoria et reliqua, quae cum scientia rerum naturalium tam arcte connexa haerent, ut non mirum sit, ea hucusque ab Interpretibus tam male fuisse tractata. Scrib. Francofurti ad Viadrum mense Maio exeunte anno 1790. Iterum recensebam Wratislaviae per aestatem anni 1820. adiutus editione Weiskii et Schaeferi atque usus varietate scripturae e libris scriptis Parisiensibus a Gallo Gailio annotata. Schaeferus etiam huic novae editioni, cuius curam gerere dignatus est, emendationes aliquot ingenio et ἀκριβείᾳ sua dignas addere non omisit et nominis sui nota signare.

a) Mirum Dionysium Halicarnassensem in iudicio de Thucydide T. VI, p. 830. ed. Reisk. dicere: *οὐδεὶς γὰρ τῶν μεταγενεστέρων συγγραφέων θερείαις καὶ χειμῶσι διεῖλε τὴν ἱστορίαν, ἀλλὰ πάντες τὰς τετριμμένας μετῆλθον.* An Xenophontem, cum Thucydidis historiam continuaret, eadem temporis divisione uti debuisse censuit, adeoque Xenophontis Hellenica nomine Thucydideae historiae comprehendit? Ceterum veris initium incidit in decimum archontum Atticorum mensem, ut apparet e loco Thucydidis II, 2. *ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ Πυθοδώρου ἔτι μῆνας δύο ἄρχοντος.* Thucydidem imitatus est inter Latinos Sisenna, cuius locum e primo libro Historiarum posuit Nonius p. 90. a. *Nos una aestate in Graecia et Asia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.*

b) Locus Polybii libri XII, c. 12. *ὁ γὰρ τὰς συγκρίσεις ποιούμενος ἀνέκαθεν τὴν Ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοὺς Ἀθήνησι καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τοὺς Ὀλυμπιονίκας, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πόλεων περὶ τὰς ἀναγραφὰς τὰς τούτων ἐξελέγχων, παρὰ τρίμηνον ἐχούσας τὸ διάφορον, οὗτός ἐστι. καὶ μὴν ὁ τὰς τοῦ ὀπισθοδόμου στήλας καὶ τὰς ἐν ταῖς φλιαῖς τῶν ναῶν προξενίας ἐξευρὼν Τίμαιός ἐστιν.* potius opus criticum et chronologicum arguere videtur, quam historiam usu Olympiadum a Timaeo primo distinctam. Olympionicarum catalogum primum edidisse Hippiam Eleum testatur Plutarchus Numae c. 1. addens: *ἀπ' οὐδενὸς ὁρμώμενον ἀναγκαίου πρὸς πίστιν.* Unde comparationem Olympiadum admodum vagam et incertam esse in antiquioribus temporibus idem Plutarchus affirmat. Suspicari licet, Timaeum hanc chronologiae partem corrigere aggressum fuisse in opere, de quo Polybius loquitur. Sed antea exquirendus annus, quo Hippias catalogum publicavit. Cf. Ionsius p. 344.

c) Quid? quod ipse Xenophon in Convivii initio adfuisse se ait convivio Galliae, quo Autolyci victoria celebrabatur. Quam victoriam et convivii tempus Olympiadis 89. anno 4. assignat Athenaeus V, p. 218. Sed is inepte calumniatur Xenophontem, quasi tum vel nondum natus vel admodum puer fuerit.

d) Post Cyri expeditionem et mortem ex Asia rediit in Graeciam: incertum tamen, an Athenas attigerit. Brevi ante mortem Socratis huius cum Critobulo sermonem narrat; mortem autem Cyri memorat in Oeconomico 4, 18. Socrates mortuus est Olympiadis 95. anno 1. Cyrus 94, 3. secundum Larcherum: post duos annos rediit ex Asia Xenophon, ergo ineunte Olymp. 95, 1. ante mortem Socratis, cuius iudicio an interfuerit, dubitari potest, quoniam in Apologiae c. 2., si genuina est, antestatur Hermogenis narrationem, quasi ipse morienti non adfuerit.

e) At vero, si librum de reditibus post Olympiadem 105. scriptum statuimus, et si vera Luciani narratio de annis vitae Xenophontis, tum longe maior existit difficultas.

f) Valckenarii annotationes a libro primo ad quartum usque perductae, quibus immortuus est, post mortem eius pervenerant

ad Luzacium, qui in Praefatione ad Dissertationem Valckenarianam de Aristobulo promisit earum editionem, sed morte tristi in communi civitatis Leidensis fato occupatus fuit.

g) Libros scriptos bibliothecae regiae Parisiensis omnes, sed non integros, nec, ut videtur, ipse suis sed discipulorum oculis usus comparavit Gallus *Gail*, qui hoc ipso anno duo volumina tamquam supplementum editioni suae addidit, quae quam primum ad me perlata fuerint, operam dabo, ut novae librorum scriptorum Vaticanorum copiae et quicquid ad Xenophontis libros vel emendandos vel interpretandos pertinet, excerptum cum lectoribus editionis meae mox communicetur. Addam etiam quae Gallus *Courier* in libellis equestribus pluribus libris scriptis comparatis vel emendavit vel explicuit, et quaecunque Germanorum ingenium atque industria in mea operum Xenophonteorum editione corrigenda vidit et annotavit. Notitiam igitur Codicum Parisiensium aliorumque lectores inde petent.

h) Annales Dodwelliani in hac repetita recensione copiae annotationum cedere coacti fuerunt, ne libri pretium augeretur emtorumque studium gravaret aut cupiditatem minueret.

In demselben Verlage sind nachstehende Werke erschienen und in allen Buchhandlungen zu haben:

Aeschyli Tragoediae. Ed. *F. H. Bothe.* 2 Tomi. 8 maj. 1831. 2⅓ ℛ.
— — Dramatum fragmenta rec. *Bothe.* gr. 8. 1844. geh. ½ ℛ.
— Oresteia (Agamemnon, Choëphoren, Eumeniden) griech. und deutsch von *Joh. Franz.* gr. 8. 1845. geh. 2½ ℛ.
Aristophanis Nubes cum scholiis. Denuo recensitas cum adnotationibus suis et plerisque *J. A. Ernestii* edidit *Godofredus Hermannus.* 8 maj. 1830. 2⅓ ℛ.
— — Comoediae. Ed. *Bothe.* Ed. altera. IV Tomi. 8 maj. 1845. 5 ℛ.
— — Fragmenta ed. *Bothe.* 8. maj. 1844. geh. ⅔ ℛ.
Aristotelis de animalibus historiae libri X graece et latine. Textum recensuit, *J. C. Scaligeri* versionem recognovit, commentarium amplissimum indicesque locupletissimos adjecit *J. C. Schneider.* IV Tomi. 8 maj. 1812. 8 ℛ.
— — Organon graece. Novis codicum auxiliis adjutus recognovit, scholiis ineditis et commentario instruxit *Th. Waitz,* Phil. Dr. II Tomi. gr. 8. 1844—46. geh. 6⅓ ℛ.
(Tom. I. 3 ℛ. II. 3⅓ ℛ.)
Euripidis Dramata. Edidit *F. H. Bothe.* II Tomi. 8 maj. 1825. 4⅔ ℛ.
— — fabularum fragmenta. Recens. et annot. instr. *F. H. Bothe.* gr. 8. 1844. geh. 1½ ℛ.
— Iphigenia in Aulide. Mit deutschem Commentar herausgegeben von C. G. Firnhaber. Nebst Einleitung und Excursen über die Aechtheit und die Zeit des Stückes. gr. 8. 1841. 1⅓ ℛ.
Geoponicorum sive de re rustica libri XX. gr. et lat. post *Petri Needhamii* curas ad MSS. fidem denuo recensiti et illustrati ab *Jo. Nic. Niclàs.* IV Tomi. 8 maj. 1788. 3 ℛ.
Herodis Attici quae supersunt adnotationibus illustravit *Rph. Fiorillo.* Praefixa est epistola *Chr. G. Heynii* ad auctorem. 8 maj. 1801. 1 ℛ.
Herodoti Musae. Textum ad *Gaisfordii* editionem recognovit, perpetua tum *Fr. Creuzeri* tum sua annotatione instruxit, commentationes de vita et scriptis Herodoti, tabulas geographicas indicesque adjecit *J. C. F. Bähr.* 4 Vol. 8 maj. 1830—35. 13½ ℛ.
Homeri Carmina illustravit *Dr. F. H. Bothe.* VI Tomi. 8 maj. 1833—36. (Ilias, III Tomi, 3½ ℛ.; Odyssea, III Tomi, 3½ ℛ.) 7 ℛ.
— — Odyssea. Mit erklärenden Anmerkungen von *G. C. Crusius.* 6 Hefte, von denen jedes vier Gesänge enthält und à ⅓ ℛ. auch einzeln verkäuflich ist. Neue Auflage. gr. 8. geh. 1843—46. 2 ℛ.
— — — — Text-Abdruck mit kurzen deutschen Inhalts-Anzeigen von *G. C. Crusius.* gr. 8. 1839. ½ ℛ.
— — Ilias. Mit erklärenden Anmerkungen von *G. C. Crusius.* 6 Hefte, von denen jedes vier Gesänge enthält und à ⅓ ℛ. auch einzeln verkäuflich ist. gr. 8. geh. Neue Auflage. 2 ℛ.
— — — — Text-Abdruck mit kurzen deutschen Inhalts-Anzeigen von *G. C. Crusius.* gr. 8. geh. 1842. 14 gℊ.

Homeri Batrachomyomachie, griechisch, mit grammatischen Hinweisungen und einem Wortregister für Anfänger von *G. C. Crusius*. gr. 8. geh. 1839. ⅙ ₰.

Orphica cum notis *H. Stephani*, *A. C. Eschenbachii*, *J. M. Gesneri*, *Th. Tyrwhittii* recensuit *Godofr. Hermannus*. 8 maj. 1805. 4 ₰.

Palaephati de incredibilibus, graece, textum edidit etc. *J. F. Fischer*. 8 maj. 1⅙ ₰.

Pausaniae descriptio Graeciae. Ad Codd. Mss. Parisin., Vindobon., Florentin., Roman., Lugdunens., Mosquens., Monacens., Venet., Neapolitan. et editionum fidem recensuit, apparatu critico, interpretat. latina et indicibus instruxerunt *J. H. Ch. Schubart* et *Chr. Walz*. 3 Voll. 8 maj. 1838. 1839. 10⅙ ₰.

Pindari carmina edidit *C. G. Ahlwardt*. 8 maj. 1820. ¾ ₰.

Plutarchi Philopoemen, Flaminius, Pyrrhus. Textum e codicibus recognovit, perpetua annotatione instruxit, dissertationes de fontibus harum vitarum praemisit *Dr. J. C. F. Baehr*. 8 maj. 1826. 1 ₰.
(Davon der Text besonders ¼ ₰.; die Annotationes ¾ ₰.)

— — Themistocles. Edidit *C. Sintenis*. 8 maj. 1829. ¼ ₰.

— — Aristides et Cato Major. Ed. *C. Sintenis*. 8 maj. 1830. ⅚ ₰.

Poetae Scenici Graecorum. Recensuit et annotationibus siglisque metricis in margine scriptis instruxit *Dr. F. H. Bothe*. X Voll. 8 maj. 1825—1845. 15 ₰ 14 g₰.

Die Fragmente dazu von *F. H. Bothe*. 4 Vol. gr. 8. 1844—46. 3⅚ ₰.

Von dieser Gesammtausgabe der griechischen Dramatiker des Hrn. *Dr. Bothe* sind auch alle 44 Stücke mit den lateinischen Anmerkungen für Schulen sehr billig einzeln und brochirt zu haben.

Sophoclis Tragoediae. Ed. *Bothe*. II Tomi. 8 maj. 1827. 3¼ ₰.

— — Dramatum Fragmenta. Ed. *Bothe*. 8 maj. geh. 1846. 1 ₰.

Thucydidis de bello peloponnesiaco libri VIII. Ad optimorum codicum fidem, adhibitis doctorum virorum observationibus, recensuit, summariis et notis illustravit indicesque rerum et verborum adjecit *C. F. F. Haacke*. 2 Tomi. 8 maj. 1820. 4 ₰.

— — de bello peloponnesiaco. Recognovit et cum brevi annotatione maxima parte exegetica in usum juvent. studios. accur. edidit *C. F. F. Haacke*. 8 maj. 1830. 1⅔ ₰.

Xenophontis memorabilium Socratis dictorum libri IV, una cum Socratis apologia in scholarum usum illustrati et brevi verborum indice instructi. Curavit *D. F. G. Bornemann*. Ed. minor. 8 maj. 1829. ⅙ ₰.

— — de Cyri disciplina libri VIII, in scholarum usum illustrati et verborum indice instructi. Curavit *F. A. Bornemann*. Editio minor. 8 maj. 1840. 1⅔ ₰.

TYPIS EX OFFICINA TEUBNERI LIPSIAE.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

CAPUT I.

Μετὰ δὲ ταῦτα, οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον, ἦλθεν ἐξ Ἀθηνῶν Θυμοχάρης, ναῦς ἔχων ὀλίγας· καὶ εὐθὺς ἐναυμάχησαν αὖθις Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι, ἐνίκησαν δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἡγουμένου Ἡγησανδρίδου. 2 Μετ' ὀλίγον δὲ τούτων Δωριεὺς ὁ Διαγόρου ἐκ Ῥόδου ἐς Ἑλλήσποντον εἰσέπλει, ἀρχομένου χειμῶνος, τέτταρσι καὶ δέκα ναυσὶν, ἅμα ἡμέρᾳ. κατιδὼν δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων ἡμεροσκόπος ἐσήμανε τοῖς στρατηγοῖς. οἱ

Olymp. 92. 1 an. ½.

1. ὕστερον]. Postquam nempe Mindarus a Thrasybulo et Thrasylo, Atheniensium ducibus, inter Sestum et Abydum hac ipsa aestate ineunte proelio navali victus erat, de quo Thucydides sub finem libri octavi exposuit.

ἦλθεν] Sc. εἰς τὸν Ἑλλήσποντον.

Θυμοχάρης] Thucydidi scribitur Θυμόχαρις. Atque ita scribitur in margine Leoncl. Ceterum idem hic Atticae classis dux vere huius anni ad Euboeam gravi proelio victus erat ab eodem illo Hegesandrida. vid. Thucyd. VIII, 95.

καὶ Ἀθηναῖοι] Monuit Weiske, intelligi socios Thymocharis, cum classe victrice apud Cyzicum vires suas coniungere conantes.

2. Μετ' ὀλίγον δὲ τούτων] Deinceps ὕστερον additum maluit Koeppen, sed Schaefer ad Lamb. Bos Ellips. gr. p. 553. posuit exempla Iosephi Antiq. I, 22. μετ' οὐ πολὺ τῆς ἀφίξεως, Luciani μετ' οὐ πολὺ τῆς συκοφαντίας, plura vero, ubi post ἔτη genitivus similis positus reperitur.

Δωριεὺς — τέτταρσι καὶ δέκα ν.] Hic Dorieus Rhodius olim Atheniensium opera a Rhodiis patria expulsus contulerat se in Italiam ad Thurios. Verum cum Rhodii ab Atheniensibus, post cladem illam Siculam, ad Lacedaemonios defecissent: tum civitati suae reconciliatus esse vi-

δὲ ἀνηγαγοντο ἐπ' αὐτὸν εἴκοσι ναυσὶν, ἃς ὁ Δωριεὺς φυγὼν, πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις, 3 ὡς ἤνοιγε, περὶ τὸ Ῥοίτειον. ἐγγὺς δὲ γενομένων τῶν Ἀθηναίων, ἐμάχοντο ἀπό τε τῶν νεῶν καὶ τῆς γῆς, μέχρις οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέπλευσαν ἐς Μάδυτον πρὸς τὸ

detur. Quare nostro loco e Rhodo navigavit ad opem ferendam Lacedaemoniis. Naves vero, quae hic commemorantur, si non omnes, certe pleraeque videntur fuisse Thuriorum. Nam Dorieus non modo infra c. 5. §. 19. et apud Thucyd. lib. VIII. dicitur Thuriis navibus praefectus; verum etiam Diodorus Sic. XIII, 45. ubi hanc expeditionem navalem pluribus enarravit, eum vocat ναύαρχον τῶν ἐξ Ἰταλίας τριήρων. Conf. Meursii Rhodus I, 22. Z.

ἤνοιγε] Leonclavius vult corrigi ἤνοιξε, quoniam infra c. 5. §. 13. idem tempus adhibeatur. At frustra: nam 6, 21. quoque est ὡς ἤνοιγον. Z. Verbi ἀνοίγειν notionem in hoc loco et duobus simillimis infra c. 5, 13. et 6, 21. ignorare se fatetur pro modestia sua Morus; suspicatur tamen, ita dici, ut latine dicantur nautae aperire locum, quem procul conspiciunt, et contra occultare, qui tandem ex oculis navigantium evanescit; laudatque eam in rem Interpr. Virgilii Aeneid. III, 291. Atque ex hac notione explicare conatus est locos Xenophonteos indicatos. Quem deinde secutus erat Zeunius, ut ex eius Indice verborum Xenophonteorum manuscripto intellexi. Verum tamen iam olim vidisse videtur Leonclavius, qui in versione posuit: viam sibi in altum aperire, e locis arctioribus evadere in spatiosius mare. Periphrasi scilicet uti debemus, ubi Graeci brevitate unius verbi defunguntur. Locus princeps, ex quo notio clarissime apparet verbi, est cap. 5. §. 13., ubi Athenienses triremes ex portu Notii deducunt in mare: καθελκύσαντες τὰς τριήρεις ἀνήχθησαν, ὡς ἕκαστος ἤνοιξεν. Vides primum naves deduci; deinde e portus angustiis eluctatae et mare intrantes, quod verbo ἀνοίγειν significatur, in altum provehuntur. Nullus hic loci alicuius remoti aut propinqui respectus cogitari potest; sed series orationis iubet intelligere modum atque ordinem navium ex portu se expedientium et in altum provectarum. Simillima est ratio tertii loci: τῶν δ' ἐφορμούντων ὡς ἕκαστοι ἤνοιγον τάς τε ἀγκύρας ἀποκόπτοντες καὶ ἐγειρόμενοι ἐβοήθουν τεταραγμένοι. Naves in anchoris stantes in portu, vix anchoris abscissis, postquam nautae dormientes evigilarunt excitati, expedire se et viam sibi aperire in altum pelagus conantur; quo facto dicuntur ἀνάγεσθαι. Denique hoc in loco, ubi Dorieus in Hellespontum intrare conatur, subito conspectis adversariorum navibus de consilio desistens et de via deflectens, ubi primum sibi viam aperuit per angustias loci, circumflectit Rhoeteum et naves ad littus terramque appulsas in tuto collocare studet. Scilicet Athenienses ex ipso Hellesponto eiusque oppido Madyto occurrunt navibus Doriei Hellespontum intrantibus; hae igitur reversae fugiunt, et vixdum Hellesponti

ἄλλο στρατόπεδον, οὐδὲν πράξαντες. Μίνδαρος δὲ 4 κατιδὼν τὴν μάχην, ἐν Ἰλίῳ θύων τῇ Ἀθηνᾷ, ἐβοήθει ἐπὶ τὴν θάλατταν· καὶ καθελκύσας τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις, ἀπέπλει, ὅπως ἀναλάβῃ τὰς μετὰ Δωριέως. οἱ δὲ Ἀθη- 5 ναῖοι, ἀνταναγόμενοι ἐναυμάχησαν περὶ Ἄβυδον κατὰ τὴν ἠϊόνα, μέχρι δείλης ἐξ ἑωθινοῦ. καὶ τὰ μὲν νικώντων, τὰ δὲ νικωμένων, Ἀλκιβιάδης ἐπεισπλεῖ δυοῖν δεούσαιν εἴκοσι ναυσίν. Ἐντεῦθεν δὲ φυγὴ τῶν Πε- 6 λοποννησίων ἐγένετο πρὸς τὴν Ἄβυδον· καὶ ὁ Φαρνάβαζος παρεβοήθει, καὶ ἐπεισβαίνων τῷ ἵππῳ ἐς τὴν θάλατταν, μέχρι δυνατὸν ἦν, ἐμάχετο, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς αὐτοῦ ἱππεῦσι καὶ πεζοῖς παρεκελεύετο. ξυμφράξαντες δὲ τὰς ναῦς οἱ Πελοποννήσιοι, καὶ παρα- 7 ταξάμενοι, πρὸς τῇ γῇ ἐμάχοντο. Ἀθηναῖοι δὲ ἀπέπλευσαν, τριάκοντα ναῦς τῶν πολεμίων λαβόντες κενάς, καὶ ἃς αὐτοὶ ἀπώλεσαν κομισάμενοι, ἐς Σηστόν.

angustias eluctatae circum Rhoeteum flectentes ad terram appellunt. Diverso sensu Cicero Manil. 8. dixit, Pompeium aperuisse Pontum, quia primus in eum exercitum duxerat, quasi antea clausum. Fr. Portus hoc nostro in loco ἤπειγε emendabat; sed in posteriori interpretabatur *solvere*.

περὶ τὸ Ῥοίτειον] Haec verba sunt copulanda cum πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε. Diodorus h. l. narrat, Dorieum, simulatque magnitudinem classis Atticae conspexisset, fugisse Dardanum, ibique milites exposuisse. Haec repugnantia non est: nam Dardanus et Rhoeteum sunt loca admodum vicina. Thucydidi scribitur Ῥοίτιον: sed Xenophontis scriptura consensu Strabonis, Stephani Byz. et aliorum confirmatur.

4. ἀναλάβῃ] Paris. B. ἀναλάβοι habet.

5. τὰ μὲν νικώντων — ναυσίν] Diodorus l. l. ἐπὶ πολὺν οὖν χρόνον ἰσόῤῥοπος ἦν ἡ μάχη διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρ᾽ ἀμφοτέροις φιλοτιμίας. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀλκιβιάδης ἐκ Σάμου παραδόξως ἐπεφάνη μετὰ νεῶν εἴκοσι. Sed Plutarchus Alcibiad. 27. de numero navium Alcibiadis consentit cum Xenophonte.

6. παρεβοήθει] MS. Venet. ἐπεβοήθει. Ceterum de eadem re vid. infra IV, 1, 32.

7. καὶ ἃς αὐτοὶ ἀπώλεσαν] Male Leonclavius et Goldhagen verterunt, solus Pirckhemerus vere: *recuperatis etiam illis, quas ipsi antea amiserant.* Ambiguum autem est, quando et ubi has naves, quas hic recuperasse dicuntur, amiserint: utrum proelio aliquo superiori, veluti eo, quod cum Mindaro commissum erat, ubi quindecim amissas esse narrat Thucydides; an in hoc ipso proelio, ubi diu ancipiti Marte pugnatum erat. Fortassis posterior ratio praestat, quam, ni fallor, comprobat Plutarchus l. l., qui,

8 Ἐντεῦθεν, πλὴν τετταράκοντα νεῶν, ἄλλαι ἄλλῃ ᾤχοντο ἐπ' ἀργυρολογίαν ἔξω τοῦ Ἑλλησπόντου· καὶ ὁ Θρασύλος, εἷς ὢν τῶν στρατηγῶν, ἐς Ἀθήνας ἔπλευσε, 9 ταῦτα ἐξαγγελῶν, καὶ στρατιὰν καὶ ναῦς αἰτήσων. Μετὰ δὲ ταῦτα Τισσαφέρνης ἦλθεν ἐς Ἑλλήσποντον· ἀφικόμενον δὲ παρ' αὐτὸν μιᾷ τριήρει Ἀλκιβιάδην, ξενιά τε καὶ δῶρα ἄγοντα, ξυλλαβὼν εἶρξεν ἐν Σάρδεσι, 10 φάσκων, κελεύειν βασιλέα πολεμεῖν Ἀθηναίοις. Ἡμέραις δὲ τριάκοντα ὕστερον Ἀλκιβιάδης ἐκ Σάρδεων μετὰ Μαντιθέου, τοῦ ἁλόντος ἐν Καρίᾳ, ἵππων εὐπο-11 ρήσαντες, νυκτὸς ἀπέδρασαν ἐς Κλαζομενάς. Οἱ δ' ἐν

Τέλος δὲ, inquit, τῶν μὲν πολεμίων τριάκοντα λαβόντες, ἀνασώσαντες δὲ τὰς αὐτῶν, τρόπαιον ἔστησαν. Z. Breviter Diodorus: ἅμα δ' ἡμέρᾳ τά τε ναυάγια συνήγαγον καὶ τρόπαιον ἔστησαν. Praeterea is decem naves ante pugnam terrestrem captas, reliquas non memorat postea captas et militibus in terram egressis vacuas.

8. Θρασύλος] Plutarcho et Thucydidi scribitur Θρασύλλος. Sequens εἷς Par. B. omittit, ὢν B.

9. ξένιά τε καὶ δῶρα] Alterutrum vocabulum delendum censuit Koeppen, utrumque comparatis locis Luciani defendit Wolf. ξένια Weiske interpretatur quae ad cibum et potum pertinent et quibus epulae ornantur; δῶρα esse alia, quae ad ornandam vitam pertineant, multiplicis generis, quam doctrinam confirmare conatur auctoritate Vitruvii VI, 10. Mihi dubitationem iniicit id, quod mori Graecorum videtur adversari, apud quos advenienti hospiti ξένια dantur et mittuntur, non hospes adveniens dat ei, ad quem devertitur et venit.

εἶρξεν] Sic recte Ald. et Steph. secunda: nam ceterae edd. εἷρξεν.

φάσκων] Veram rei causam aperit Plutarchus l. l. Πάλαι κακῶς ἀκούων ὁ Τισσαφέρνης ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ φοβούμενος αἰτίαν λαβεῖν ἐκ βασιλέως, ἔδοξεν ἐν καιρῷ τὸν Ἀλκιβιάδην ἀφῖχθαι, καὶ συλλαβὼν αὐτὸν εἶρξεν ἐν Σάρδεσιν, ὡς λύσιν ἐκείνης τῆς διαβολῆς τὴν ἀδικίαν ταύτην ἐσομένην. et Diodorus, ubi causam auxilii Mindaro lati edit: βουλόμενος τοῖς Λακεδαιμονίοις ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν ἀπολογεῖσθαι.

10. Μαντιθέου, τοῦ ἁλόντος] Quando captus fuerit, an illo tempore, anno 2. huius belli, quo Athenienses duce Melesandro male res in Caria et Lycia gesserant, teste Thucydide II, 69., dubitat Weiske. Idem postea legatus fuit ad regem Persarum, infra c. 3, 13.

11. Οἱ δ' ἐν Σηστῷ Ἀθ.] Hinc initium novi anni, quod Xenophon, ut Thucydides, in annis belli Peloponnesiaci nu-

Σηστῷ Ἀθηναῖοι, αἰσθόμενοι Μίνδαρον πλεῖν ἐπ' αὐτοὺς μέλλοντα ναυσὶν ἑξήκοντα, νυκτὸς ἀπέδρασαν ἐς Καρδίαν. ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης ἧκεν ἐκ τῶν Κλαζομενῶν σὺν πέντε τριήρεσι καὶ ἐπακτρίδι. πυθόμενος δὲ, ὅτι αἱ τῶν Πελοποννησίων νῆες ἐξ Ἀβύδου ἀνηγμέναι εἶεν ἐς Κύζικον, αὐτὸς μὲν πεζῇ ἦλθεν ἐς Σηστὸν, τὰς δὲ ναῦς περιπλεῖν ἐκεῖσε ἐκέλευσεν. **12** Ἐπεὶ δ' ἦλθον, ἀνάγεσθαι ἤδη αὐτοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, ἐπεισπλεῖ Θηραμένης εἴκοσι ναυσὶν ἀπὸ Μακεδονίας, ἅμα δὲ καὶ Θρασύβουλος εἴκοσιν ἑτέραις ἐκ Θάσου, ἀμφότεροι ἠργυρολογηκότες. **13** Ἀλκιβιάδης δὲ, εἰπὼν καὶ τούτοις διώκειν αὐτὸν, ἐξελομένοις τὰ μεγάλα ἱστία, αὐτὸς ἔπλευσεν ἐς Πάριον· ἀθρόαι δὲ γενόμεναι αἱ νῆες ἅπασαι ἐν Παρίῳ ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀνηγάγοντο, καὶ τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ περὶ ἀρίστου ὥραν ἧκον ἐς Προικόννησον. **14** Ἐκεῖ δ' ἐπύ-

Olymp. 92$\frac{1}{3}$.

merandis, solet a vere exordiri, recte facere videtur Dodwellus in Chronologia Xenophontea. Nam primum, cum pugna cum Dorieo et Mindaro ineunte hieme (vide §. 2.) facta sit: verosimile non est, quaecunque in hoc capite gesta dicuntur, ea hieme anni vigesimi primi belli Pelop. accidisse. Deinde Diodorus Sic. XIII, 49. diserte tradit, hieme iam exeunte, apparatu et consilio Mindari cognito, Athenienses Sesto navigasse Cardiam.

ναυσὶν ἑξήκοντα] Diodorus numerat *octoginta*.

τῆς Κλαζομενῶν] Scil. *πόλεως* seu *χώρας*: in marg. Steph. et Cod. B. *τῶν Κλαζ.* Diodorus Lesbum nominat. Paulo post ibidem notatum est *ἐπακτρίσι*; quod habet B., perperam: nam ex numero navium 86 (vide §. seq.) colligitur, non nisi *sex* naves Alcibiadis numerari, coll. §. 8. Z. Ceterum Plutarchus addit: *τὸν μὲν Τισσαφέρνην προσδιέβαλεν ὡς ὑπ' ἐκείνου μεθειμένος.*

ἐκεῖσε] h. e. *ἐς Σηστὸν ἀπὸ τῆς Καρδίας περὶ τὴν Χεῤῥόνησον.*

12. *Θηραμένης — καὶ Θρασύβουλος.*] Nempe, cognita Mindari navigatione, hi advocati erant a ceteris. Sic narrat Diodorus, qui Theramenem cum 30 navibus profectum Athenis Archelaum Pydnam oppugnantem iuvasse ait, deinde in Thraciam ad Thrasybulum abiisse, XIII, 49.

ξυμβουλεύετε τὰ ἄρ.] Sensu poscente cum Welsio recepi emendationem Stephani pro ξυμβουλεύω τὰ ἄρ. Edd. et Codd. Parisinorum sex, et mox ἐροῦντα pro vulg. ἐροῦντας, pro quo ed. Cast. et Br. dant ὁρῶντας: verum habent Paris. B. D. Nam ἐροῦντα refertur ad ἐμὲ, ut sensus oriatur: *ut domi exponam conditionem rerum apud exercitum.*

7. ὀργισθεὶς] Distinctionem pro ἀναβολῇ et ὀργισθεὶς vulgo factam sustuli. Verbum ἀχθεσθεὶς pertinet ad utrumque membrum, ὀργισθεὶς autem cum sequente καὶ εἰπὼν iungendum. Ceterum inepte Paris. C. ταῖς θήραις habet.

κατά γε] Vulgo dant κατά τε, id quod Paris. C. E. Y. habent,

Ἐμοὶ μὲν, ὦ Μιλήσιοι, ἀνάγκη τοῖς οἴκοι ἄρχουσι πείθεσθαι· ὑμᾶς δὲ ἐγὼ ἀξιῶ προθυμοτάτους εἶναι ἐς τὸν πόλεμον, διὰ τὸ οἰκοῦντας ἐν βαρβάροις πλεῖστα 9 κακὰ ἤδη ὑπ' αὐτῶν πεπονθέναι. δεῖ δὲ ὑμᾶς ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις, ὅπως ἂν τάχιστά τε καὶ μάλιστα βλάπτωμεν τοὺς πολεμίους, ἕως ἂν οἱ ἐκ Λακεδαίμονος ἥκωσιν, οὓς ἐγὼ ἔπεμψα χρήματα 10 ἄξοντας· ἐπεὶ τὰ ἐνθάδε ὑπάρχοντα Λύσανδρος Κύρῳ ἀποδοὺς ὡς περιττὰ ὄντα οἴχεται. Κῦρος δὲ, ἐλθόντος ἐμοῦ ἐπ' αὐτὸν, ἀεὶ ἀνεβάλλετό μοι διαλεχθῆναι, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὰς ἐκείνου θύρας φοιτᾷν οὐκ ἠδυ-11 νάμην ἐμαυτὸν πεῖσαι. ὑπισχνοῦμαι δὲ ὑμῖν, ἀντὶ τῶν ξυμβάντων ἡμῖν ἀγαθῶν ἐν τῷ χρόνῳ, ᾧ ἂν ἐκεῖνα προσδεχώμεθα, χάριν ἀξίαν ἀποδώσειν. Ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς δείξωμεν τοῖς βαρβάροις, ὅτι καὶ ἄνευ τοῦ ἐκείνους θαυμάζειν δυνάμεθα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι.

12 Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' εἶπεν, ἀνιστάμενοι πολλοὶ, καὶ μάλιστα οἱ αἰτιαζόμενοι ἐναντιοῦσθαι, δεδιότες εἰσηγοῦντο πόρον χρημάτων, καὶ αὐτοὶ ἐπαγγελλόμενοι ἰδίᾳ. λαβὼν δὲ ταῦτα ἐκεῖνος, καὶ ἐκ Χίου πενταδραχμίαν ἑκάστῳ τῶν ναυτῶν ἐφοδιασάμενος, ἔπλευσε 13 τῆς Λέσβου ἐπὶ Μήθυμναν πολεμίαν οὖσαν. Οὐ βουλομένων δὲ τῶν Μηθυμναίων προσχωρεῖν, ἀλλ'

praeter Leonclavium et Wels., qui τε plane omiserunt. Nos Mori emendationem secuti sumus. Z. Ceterum recte monet Cicero Off. I, 30: versutissimum Lysandrum accepimus, contraque Callicratidam, qui praefectus classi proximus post Lysandrum fuit.

9. οἱ ἐκ Λακεδαίμ.] Marg. Steph. οἱ Λακεδαιμόνιοι. Paris. B. ἐκ omisit.

11. ξυμβάντων ἡμῖν] Sic edd. Hal. Cast. et Steph. sec. pro vitioso ὑμῖν, quod ex Iunt. in Ald. et inde in Steph. pr. venerat: unde etiam Leonclavianae exhibent idem cum Paris. B. C. D. E. Solus D. sequens ἀγαθῶν omittit.

ἐκεῖνα] *pecunias Lacedaemone mittendas.*

δείξωμεν] Cast. δείξομεν.

ἐκείνους θαυμάζειν] i. e. θεραπεύειν. Male Paris. E. ἐκείνοις habet. Idem apud Plutarchum Lys. c. 6. barbaros dicit πολὺ μὲν χρυσίον, ἄλλο δ' οὐδὲν καλὸν ἔχειν.

12. οἱ αἰτιαζόμενοι ἐναντ.]

ἐμφρούρων ὄντων Ἀθηναίων, καὶ τῶν τὰ πράγματα ἐχόντων ἀττικιζόντων, προσβαλὼν αἱρεῖ τὴν πόλιν κατὰ κράτος. τὰ μὲν οὖν χρήματα πάντα διήρπαζον 14 οἱ στρατιῶται, τὰ δὲ ἀνδράποδα πάντα ξυνήθροισεν ὁ Καλλικρατίδας ἐς τὴν ἀγορὰν, καὶ κελευόντων τῶν ξυμμάχων ἀποδόσθαι καὶ τοὺς Μηθυμναίους, οὐκ ἔφη ἑαυτοῦ γε ἄρχοντος οὐδένα Ἑλλήνων ἐς τοὐκείνου δυνατὸν ἀνδραποδισθῆναι. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τοὺς μὲν 15 ἐλευθέρους ἀφῆκε τούς τε τῶν Ἀθηναίων φρουροὺς, καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ δοῦλα πάντα ἀπέδοτο· Κόνωνι δὲ εἶπεν, ὅτι παύσει αὐτὸν μοιχῶντα τὴν θάλατταν. κατιδὼν δὲ αὐτὸν ἀναγόμενον ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ἐδίωκεν,

Vide §. 4. Paris. B. ἀντιοῦσθαι habet.

13. τὰ πράγματα ἐχ.] Intelliguntur *principes civitatis, qui opibus et divitiis valent.* Conf. Abreschii Animadv. ad Aeschyl. pag. 13.

κατὰ κράτος] Sed Diodorus XIII, 76. proditionem nonnullorum commemorat; inhumanitatem in Athenienses omittit.

14. διήρπαζον] Marg. Steph. διήρπασαν cum Paris. B. πάντα omittit D.

ἑαυτοῦ] Edd. vett. cum Paris. A. C. E. αὐτοῦ.

τοὐκείνου] Pro τὸ κείνου, hortatu Leonclavii, rescripsi formam Atticorum. Sequens modus verbi est pro ἀνδραποδισθήσεσθαι.

15. τοὺς δὲ — φρουροὺς καὶ τὰ ἀνδράποδα] Vitium loci animadvertit Leoncl., qui in margine τούς τε posuit, et Fr. Portus, qui καὶ τοὺς τῶν Ἀθ. φρουροὺς, τὰ δὲ ἀνδρ. coniecit. Callicratidas enim professus esse dicitur, Graecum nullum venditum iri, et se operam daturum, ut Athenienses reconcilientur cum Lacedaemoniis. Fr. A. Wolf membrum totum hoc, τοὺς δὲ — φρουροὺς, spurium censuit; Weiske τοὺς μὲν Μηθυμναίων ἐλευθέρους — φρουροὺς ἐφρούρει, καὶ et cetera. Equidem particula δὲ mutata cum Leonclavio leviore emendatione defunctus sensum verum restitui. Vocabulo ἀνδράποδα additum δοῦλα Lexicon Xenophonteum ait esse, ut indicetur, eos iam ante conditione servos fuisse. Quam interpretationem nescio an alii sint probaturi. Videntur tamen excipi Graeci liberi nati, quos bella aut praedones servilem ad conditionem redegerant, quod verbo ἀνδραποδίζειν significatur.

μοιχῶντα τ. θάλ.] Plutarchus Vol. X, p. 525. ed. R. explicat: αἰσχρῶς καὶ κρύφα πειρᾶν καὶ παραβιάζεσθαι τὴν θάλατταν. Equidem verterim: *maris dominium alienum, quippe quod esset Lacedaemoniorum, contra ius fasque artibus malis sibi arrogare.* De re ipsa vide cap. praeced. §. 20.

ἀναγόμενον ἅμα] Conon cum Methymnam, cui ad opem ferendam profectus erat, captam esse cognovisset, ad insulam

ὑποτεμνόμενος τὸν ἐς Σάμον πλοῦν, ὅπως μὴ ἐκεῖσε

quandam ex numero earum, quae *centum* vocantur, prope Samum sitae, pernoctavit. Inde postridie mane solvit, ut certamen cum classe hostium, quae multitudine navium longe superabat, subterfugeret. Vide Diodor. XIII, 77.

ὑποτεμνόμενος τ.] *intercludens Cononi cursum ad Samum.* Suidas vero verba ὑποτεμν. τὸν πλοῦν interpretatur διὰ τῶν συντομωτάτων πλέων, ἵνα καταλάβῃ τὸν διωκόμενον. Falsus, uti docet Morus. Ceterum Diodorus cap. 78. Cononem cum 40 navibus ait ad Mitylenen effugisse, reliquas 30 ab hostibus in terram compulsas fuisse, quibus deinde relictis milites et nautae Mitylenen se contulerint. Conon statim aditum ad portum obstruit, quem dum hostes vi intrare conantur, pugnat Conon ex navibus in aditu portus stantibus, quem tandem occupant Lacedaemonii. Sed reliqua explicare et cum Xenophonte comparare non licet, nisi situm locorum bene cognitum habeas, ad quem in sequentibus etiam lector attendere debet. Igitur de natura et situ locorum ita Diodorus XIII, 79. ὁ γὰρ εἴσπλους, ὑπὲρ οὗ διηγωνίζοντο, λιμένα μὲν εἶχε καλὸν, ἐκτὸς δὲ πόλεώς ἐστιν. ἡ μὲν γὰρ ἀρχαία πόλις μικρὰ νῆσός τίς ἐστιν· ἡ δ' ὕστερον προσοικισθεῖσα ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν ἐστὶ Λέσβου, ἀνὰ μέσον δ' αὐτῶν ἐστιν εὔριπος στενὸς, καὶ ποιῶν τὴν πόλιν ὀχυράν. Ad quem locum Wesseling attulit locum Strabonis XIII, p. 917., quem simul emendavit, hunc: Ἔχει δ' ἡ Μιτυλήνη λιμένας δύο, ὧν ὁ νότιος κλειστὸς τριήρεσι, καὶ ναύσταθμον ναυσὶ πεντήκοντα· ὁ δὲ βόρειος μέγας καὶ βαθὺς χώματι σκεπαζόμενος. πρόκειται δ' ἀμφοῖν νησίον μέρος τῆς πόλεως ἔχον αὐτόθι συνοικούμενον. Pausanias VIII, p. 662. Megalopolin ait dividi medio fluvio Helissonte, quemadmodum Cnidum et Mitylenen δίχα οἱ εὔριποι νέμουσιν. Insula igitur partem urbis ipsius facere dicitur a Pausania et Strabone, cum in Diodoro dubium sit, an habitationes hominum habuerit. Euripum ipsum τῶν Μιτυληναίων appellat Xenophon infra §. 22. Contra Aristoteles saepiuscule τῶν Πυῤῥαίων. Ita in Hist. Animal. V, 15. ἐν εὐρίπῳ τῷ τῶν Πυῤῥαίων. Antigonus Carystius Mirabil. c. 171. ex Phania Eresio habet τὴν τῶν Πυῤῥαίων λίμνην, ὅταν ἀναξηρανθῇ, κάεσθαι. Iterum Aristoteles H. A. IX, 37. ἐκ δὲ τοῦ εὐρίπου τοῦ ἐκ Πυῤῥας, ubi recte Gaza: de Euripo Pyrrhaeo; ex quo Sylburgius emendavit εὐρίπου τοῦ Πυῤῥαίου, quod recepit Camus, vel τῶν Πυῤῥαίων, quod equidem probo. In Codice Mediceo et versione Guilelmi est Πυρία. Deinde ibi est: περὶ δὲ τὴν Λέσβον καὶ τὰ πελάγια πάντα καὶ τὰ εὐριπώδη τίκτει ἐν τῷ εὐρίπῳ. Ubi codex Guilelmi rectius habuit scriptum, omissis verbis περὶ δὲ τὴν Λ., sic: πάντα δὲ τὰ πελάγια καὶ τὰ εὐριπώδη τίκτει ἐν τῷ εὐρίπῳ. Tertius est locus de Generat. Animal. III. sub finem: ἐπεὶ γὰρ Χῖοί τινες ἐκ Πύῤῥας τῆς ἐν Λέσβῳ τῶν ὀστρέων διεκόμισαν ζῶντα καὶ εἰς τόπους τῆς θαλάττης τινὰς εὐριπώδεις καὶ ὁμόρους ἀφίεσαν. Ubi versio Guilelmi vetusta habet: Quidam enim ex Pirra — in loca fluxibilia et lutosa. Legit ergo olim aliter scriptum, ut etiam Gaza, qui loca quaedam maris reci-

φύγοι. *Κόνων δ' ἔφευγε ταῖς ναυσὶν εὖ πλεούσαις,* 16 *διὰ τὸ ἐκ πολλῶν πληρωμάτων ἐς ὀλίγας ἐκλελέχθαι τοὺς ἀρίστους ἐρέτας· καὶ καταφεύγει ἐς Μιτυλήνην τῆς Λέσβου, καὶ ξὺν αὐτῷ τῶν δέκα στρατηγῶν Λέων καὶ Ἐρασινίδης. Καλλικρατίδας δὲ ξυνεισέπλευσεν ἐς*

proci aestus et luto similia habet. Uterque *εὐριπώδεις* habuit scriptum; *ὁμόρους* quomodo sit ex vestigiis veteris scripturae emendandum, nondum excogitavi. Theophrastus h. pl. III, 10. Lesbi *τὸ ὄρος Πυῤῥαίων κιτνώδες* memorat, unde Plinius XVI, 5, 19. *ut in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrhaeo.* Idem 31. s. 7. *in Pyrrhaea flumen, quod Aphrodisium vocatur, steriles facit.* ubi Codd. quidam *Pyrrha* habent. Pyrrham sitam fuisse iuxta novam urbem, docet locus Thucydidis III, 18. et 25. comparato capite 6. Nominat Pyrrham iterum VIII, 23. Pyrrham urbem a mari haustam, et suburbium eiusdem nominis reliquum fuisse, e Strabone l. c. discimus. Quo tempore infortunium acciderit, ignoro; sed *Πυῤῥαίους* tamen saepiuscule memoratos, et fere ubique a librariis vitiatos reperio. Ita Diodorus XIII, 100. Eteonicum, omissa Mitylenae oppugnatione, copias terrestres duxisse ait in urbem sociam, *εἰς τὴν Πυῤῥαίων πόλιν.* Urbem Pyrrham serius idem Diodorus XVII, 29. sub Olympiade 111, 3. commemoravit. Equidem, cur euripus dicatur *τῶν Πυῤῥαίων*, et an diversus ab euripo Mitylenaeorum, quod tamen vix credo, me nescire fateor; hoc tamen ex locis allatis patet, ad urbem Mitylenen portumque urbe vicinum navigantibus nullum alium aditum patuisse nisi per euripum. Conon igitur postquam per euripum ingressus naves suas sub moenia urbis in portum contraxisset, euripum eiusque aditus obstruere conatur, ne Callicratidae ingressus pateret, quem tamen ille perrupit, et naves suas in portu altero, ab urbe remoto, collocavit, atque adeo *τὸν ἔκπλουν* Cononi praecludere potuit, ut Conon illi *τὸν εἴσπλουν*, i. e. euripi aditum occludere conatus est. Ex his omnibus apparere puto, verba Xenophontis: *ξυνεισέπλευσεν ἐς τὸν λιμένα*, esse intelligenda de portu remoto ab ipsa urbe, in adita euripi et forte in adversa insula sito. Contra Conon occupaverat portum interiorem sub ipsa urbe. Conclusus igitur in hoc portu recte dici potest *κατακλεισθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων* §. 17., ubi disputationem Zeunii vulgatam defendentis nec intelligo nec probo. Ceterum pugnam et victoriam Cononis, quae haec praecesserat, cum Diodoro XIII, 77. narrat Polyaenus I, 48, 2. Ceterum pro *φύγῃ* cum Codice B. *φύγοι* dedi.

16. *Λέων καὶ Ἐρασινίδης*] Haec nomina merito suspecta videntur Moro: nam Leontem non fuisse in numero decem illorum praetorum, diximus supra ad cap. 5. §. 16. Deinde nec Erasinides, cum paulo post proelio ad Arginusas interfuerit §. 29., una cum Conone hic obsessus esse videtur, nisi statuas, eum in ea nave effugisse, quae manibus hostium elapsa pervenerit Athenas §. 22. Contra Archestratum, unum ex decem

τὸν λιμένα, διώκων ναυσὶν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα.
17 Κόνων δὲ, ὡς ἔφθη ὑπὸ τῶν πολεμίων κατακωλυθεὶς, ἠναγκάσθη ναυμαχῆσαι πρὸς τῷ λιμένι, καὶ ἀπώλεσε ναῦς τριάκοντα· οἱ δ' ἄνδρες ἐς τὴν γῆν ἀπέφυγον· τὰς δὲ λοιπὰς τῶν νεῶν, τετταράκοντα οὔσας, ὑπὸ τῷ
18 τείχει ἀνείλκυσε. Καλλικρατίδας δὲ, ἐν τῷ λιμένι ὁρμισάμενος, ἐπολιόρκει ἐνταῦθα, τὸν ἔκπλουν ἔχων. καὶ κατὰ γῆν μεταπεμψάμενος τοὺς Μηθυμναίους πανδημεὶ, καὶ ἐκ Χίου τὸ στράτευμα διεβίβασε·
19 χρήματά τε παρὰ Κύρου αὐτῷ ἦλθεν. Ὁ δὲ Κόνων, ἐπεὶ ἐπολιορκεῖτο καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ σίτων οὐδαμόθεν ἦν εὐπορῆσαι, οἱ δὲ ἄνθρωποι πολλοὶ ἐν τῇ πόλει ἦσαν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἐβοήθουν, διὰ τὸ μὴ πυνθάνεσθαι ταῦτα, καθελκύσας τῶν νεῶν τὰς ἄριστα πλεούσας δύο, ἐπλήρωσε πρὸ ἡμέρας, ἐξ ἁπασῶν τῶν νεῶν τοὺς ἀρίστους ἐρέτας ἐκλέξας, καὶ τοὺς ἐπιβάτας ἐς κοίλην ναῦν μεταβιβάσας, καὶ τὰ παραῤῥύματα παραβαλών.

praetoribus, cum Conone inclusum esse et in oppido Mitylenaeo obiisse, ex loco Lysiae p. 701. ed. R. probat Morus. Quare pro verbis *Leon et Erasinides*, aut certe pro nomine *Leontis*, nostro loco reponendum esse videtur *Archestrati* nomen.

17. πολεμίων] Revocavi Porti Leonclaviique emendationem exemplo Welsii: nam scripturam librorum πολιτῶν facile damnat rei natura. Mitylenaei enim cum ipsis Atheniensibus faciebant: hostes vero, qui ξυνεισέπλευσαν ἐς τὸν λιμένα, recte hic antevertisse Cononemque ab aditu in portum prohibere conati esse dici possunt. Quare nec est quod cum eodem Porto et Leonclavio κατακωλυθεὶς mutemus in κατακλεισθείς. De situ loci et hac pugna vid. Diodorus XIII, 79. Z. Equidem κατακλεισθεὶς praefero: alioqui additum oportuit id, a quo arcebatur Conon.

ἠναγκάσθη] scil. *ne arceretur ab oppido.*

18. ἔχων] h. e. κατέχων, *obtinens ostium portus.*

ἐκ Χίου] Edd. vett. ἐκ τῆς Χίου cum Codd. Par. 5.

19. σίτων — εὐπορῆσαι] Codd. B. D. σῖτον habent.

παραῤῥύματα παραβαλών] Sensu flagitante Leoncl. et Steph. emendationem recepi in locum vulgati παραλαβών. Ad usum navium tectarum adhibentur δέῤῥεις καὶ διφθέραι a Polluce I, 93. et X, 134. Thucydides παραφράγματα et παραπετάσματα vocat. Polyaenus III, 4, 13. δέῤῥεις et φράγμα καταλαμβάνειν dixit in hoc usu, ubi Casaubonus καταβάλλειν e Xenophonte correxit. Stephanus *pluteos* interpretatus est e loco

Τὴν μὲν οὖν ἡμέραν οὕτως ἀνεῖχον, ἐς δὲ τὴν ἑσπέραν, 20 ἐπεὶ σκότος εἴη, ἐξεβίβαζεν, ὡς μὴ καταδήλους εἶναι τοῖς πολεμίοις ταῦτα ποιοῦντας. τῇ πέμπτῃ δὲ ἡμέρᾳ, ἐσθέμενοι σῖτα μέτρια, ἐπειδὴ ἤδη μέσον ἡμέρας ἦν, καὶ οἱ ἐφορμοῦντες ὀλιγώρως εἶχον, καὶ ἔνιοι ἀνεπαύοντο, ἐξέπλευσαν ἔξω τοῦ λιμένος, καὶ ἡ μὲν ἐπὶ

Iulii Caesaris B. C. III, 24., ubi est: *scaphas navium magnarum cratibus pluteisque contexit; iisque milites delectos imposuit Antonius.* παραῤῥύματα Suidas interpretatur δέῤῥεις, σκεπάσματα. Xenophon infra II, 1, 22. παραβλήματα παραβάλλειν dixit.

20. ἀνεῖχον] Pro ἂν εἶχον recepi scripturam edit. Stephan. secundae et Welsianae, firmatam a Codd. B. C. D. Nam ἂν hic prorsus alieno est loco, atque ἀνεῖχον, *tolerabant*, efficit sensum percommodum.

ταῦτα ποιοῦντας] h. e. *cum e nave in littus escenderent et inde ad navem redirent, forte frumenti importandi causa.* Z. Causam frumenti importandi etiam Morus edidit, eamque sibi reperisse visus est in verbis ἐσθέμενοι σῖτα. Verum militum causa omnia fiunt furtim, ne numerus eorum desideratus suspicionem faceret hosti. Ante diem imponuntur milites, et in alveo navis sub catastromate conduntur, ne conatum aufugiendi hostis suspicetur, si interdiu haec apparentur. Noctu milites emittit iterum, ut recreentur. Sed inspiciamus et comparemus Polyaenum I, 48, 4., quem a Xenophonte in quibusdam discedere admonuit Morus. Scilicet in eo abit, quod utramque navem effugisse ait; sed haec in isto auctore solennis est negligentia. Cetera fideliter ex Xenophonte transtulisse videtur. Ita enim ille: κατασπάσας δύο τὰς ταχυναυτούσας καὶ τοὺς ἀρίστους ἀπὸ τῶν πληρωμάτων ἐρέτας ἐμβιβάσας, ὅσα χρὴ ἐξειργασμένους, κελεύσας ἐν τοῖς σκάφεσιν ἡσυχάζειν (hoc est in Xenophonte ἀνεῖχον) ἑσπέρας προσιούσης θεασάμενος τοὺς παραφυλάσσοντας ἀνὰ τὴν γῆν ἐσκεδασμένους· οἱ μὲν σώματα ἐτημέλουν, οἱ δὲ πῦρ ἀνέκαιον, οἱ δὲ δεῖπνον παρεσκεύαζον· καὶ δὴ τότε ἀφῆκε τὰ σκάφη, παραγγείλας πλεῖν δρόμον ἀλλήλοις ἐναντίον. Ubi animadverte hominis socordiam et negligentiam in exscribendo, qui sub vesperam gesta dicat, quae medio die facta sunt.

ἐσθέμενοι] Brodaeus mavult ἐνθέμενοι. sed necessitatem non video ullam. Cod. E. ἐσθεμένοισι habet, et paulo antea B. D. τῇ ante πέμπτῃ omittunt, ut A. οἱ ante ἐφορμοῦντες.

ἐφορμοῦντες] Esse qui hic legant ἐφορῶντες et mox ἐφορώντων pro ἐφορμούντων, tradit Leonclavius. Hanc sive coniecturam sive lectionem sive potius interpretamentum scripturae verae temere recepit Welsius. Nam ἐφορμεῖν dicitur *in nautis, qui in statione positi observant hostem.* Hinc Polyaenus, qui idem hoc Cononis strategema memorat I, 48, 4. ἐφορμοῦντας et παραφυλάσσοντας tamquam idem valentes inter se permutat; atque Pollux I, 122. ἐφορμεῖν quoque interpretatur φυλάττειν.

ἐξέπλευσαν] Aliorum lectio,

21 Ἑλλησπόντου ὥρμησεν, ἡ δὲ ἐς τὸ πέλαγος. Τῶν δὲ ἐφορμούντων ὡς ἕκαστοι ἤνοιγον, τάς τε ἀγκύρας ἀποκόπτοντες καὶ ἐγειρόμενοι ἐβοήθουν τεταραγμένοι, τυχόντες ἐν τῇ γῇ ἀριστοποιούμενοι. ἐσβάντες δὲ ἐδίωκον τὴν ἐς τὸ πέλαγος ἐφορμήσασαν, καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ δύνοντι κατέλαβον· καὶ κρατήσαντες μάχῃ, ἀναδησάμενοι ἀπῆγον ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῖς
22 ἀνδράσιν. Ἡ δ' ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου φυγοῦσα ναῦς διέφυγε, καὶ ἀφικομένη ἐς τὰς Ἀθήνας ἐξαγγέλλει τὴν πολιορκίαν. Διομέδων δὲ βοηθῶν Κόνωνι πολιορκουμένῳ δώδεκα ναυσὶν ὡρμίσατο ἐς τὸν εὔριπον
23 τῶν Μιτυληναίων, ὁ δὲ Καλλικρατίδας ἐπιπλεύσας αὐτῷ ἐξαίφνης δέκα μὲν τῶν νεῶν ἔλαβε· Διομέδων
24 δὲ ἔφυγε τῇ τε αὐτοῦ καὶ ἄλλῃ. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, τὰ γεγενημένα καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπεὶ ἤκουσαν, ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, καὶ δούλους, καὶ ἐλευθέρους· καὶ πληρώσαντες τὰς δέκα καὶ ἑκατὸν ἐν τριάκοντα ἡμέραις, ἀπῆραν. εἰσέβησαν δὲ καὶ τῶν

quae est etiam in Cod. A. E., ἐξέπλευσεν, facile damnatur a praec. ἐσθέμενοι. Ergo cum Moro secutus sum ed. Stephan. secundam.

Ἑλλήσποντον] Marg. Steph. Ἑλλησπόντου. Sic est paulo post §. 22. et in Codd. B. D. quare recepi.

21. δύνοντι] Ibid. δύναντι, ut in Codice B. Paulo antea malim ἐς τὸ πέλαγος ὁρμήσασαν: compositum enim ἐφορμᾶν nullam hic vim habet; ἐφορμεῖν autem plane aliud significat. Cod. E. ἐφώρμησαν habet.

22. ὡρμίσατο] Ita Codd. B. C. pro ὡρμήσατο, quod iam olim corrigendum censueram. Deinceps εἰσβιβάζοντες Codex B. habet, quod margo St. in εἰσβιάζοντες mutavit.

24. δούλους] spe libertatis facta, quam postea quoque consecuti esse videntur, quantum colligere licet ex locis Aristophanis Ran. 33., 192. et 693., quos citat Palmerius Exercitatt. p. 61. Z. Diodorus XIII, 97. μετοίκους καὶ ξένους modo nominat. Idem ab Atheniensibus naves sexaginta Samum emissas fuisse ait: cum eo consentit Plato in Menexeno p. 292. ed. Bipont. βοηθήσαντες ἑξήκοντα ναυσὶν αὐτοὶ ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς. Ait vero Plato αὐτοί, quia antea in triremes ξένους et servos imponere solebant, cives vero armatos in militiam terrestrem educere, auctore Isocrate de Pace p. 328.

τὰς δέκα καὶ ἑκατὸν] Abest τὰς a Steph. sed recte servatum est ab edd. vett. omnibus et a Cod. A.

ἱππέων πολλοί. Μετὰ ταῦτα ἀνήχθησαν ἐς Σάμον, 25 κἀκεῖθεν Σαμίας ναῦς ἔλαβον δέκα· ἤθροισαν δὲ καὶ ἄλλας πλείους ἢ τριάκοντα παρὰ τῶν ἄλλων ξυμμάχων, ἐσβαίνειν ἀναγκάσαντες ἅπαντας. ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τινες αὐτοῖς ἔτυχον ἔξω οὖσαι. ἐγένοντο δὲ αἱ πᾶσαι πλείους ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ὁ δὲ Καλλι- 26 κρατίδας, ἀκούων τὴν βοήθειαν ἤδη ἐν Σάμῳ οὖσαν, αὐτοῦ μὲν κατέλιπε πεντήκοντα ναῦς καὶ ἄρχοντα Ἐτεόνικον, ταῖς δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀναχθεὶς, ἐδειπνοποιεῖτο τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ, ἀντίον τῆς Μιτυλήνης. τῇ δ' αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔτυχον καὶ οἱ 27 Ἀθηναῖοι δειπνοποιούμενοι ἐν ταῖς Ἀργινούσαις· αὗται δ' εἰσὶν ἀντίον τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ, ἀντίον τῆς Μιτυλήνης. Τῆς δὲ νυκτὸς ἰδὼν τὰ πυρὰ, 28

ἱππέων πολλοί] Thucyd. III, 16. ἐπλήρωσαν ναῦς ἑκατὸν ἐσβάντες αὐτοί τε πλὴν ἱππέων πεντακοσιομεδίμνων καὶ οἱ μέτοικοι.

25. ἔλαβον δέκα] In hoc numero consentit Diodorus, sed sequentem auget ad 80.

δὲ αἱ πᾶσαι] Margo Steph. δὲ ἅπασαι. Articulum B. omittit.

26. εἴκοσι καὶ ἑκατὸν] Diodorus XIII, 97. numerat naves CXL.

27. ἀντίον τῆς Μιτυλήνης] Repetita haec verba temere e superiore loco censuerunt Morus et Zeune; ipsum quoque Maleae nomen et promontorium huic regioni convenire negarunt Palmerius et Wesselingius. Ante omnia duo situs distinguendi sunt a Xenophonte signati his verbis: alter ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ τῆς Λέσβου ἀντίον Μιτυλήνης, ubi statio erat navium Callicratidae; alter ἐν ταῖς Ἀργινούσαις ἀντίον τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ. ubi sane geminata nota ἀντίον τῆς Λέσβου, ἀντίον τῆς Μιτυλήνης mirationem facit, cum e nominato iam promontorio Malea eodemque repetito situs Mitylenae eique oppositarum Arginusarum satis intelligi posset. Sed Μαλέαν promontorium primum tuendum videtur. Scholia Aristophanis ad Ran. v. 710. ita tradunt: Ἀργίνουσα κώμη ἦν τῆς Αἰολίδος. et ad v. 33. τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους περὶ Ἀργίνουσαν ἐνίκων ναυμαχίᾳ — ἡ δὲ Ἀργίνουσα πόλις τῆς Αἰολίδος, ἀντικρὺς δὲ Λέσβου κειμένη καὶ Μαλέας καλουμένης ἄκρας. Qua vulgatam librorum Xenophontis scripturam defendere videntur, praeterquam quod ἐπὶ Μαλέᾳ ἄκρᾳ mutant in ἀντικρὺς Μαλέας ἄκρας. Num eodem sensu an diverso dicatur de Lacedaemoniorum statione ἐπὶ Μαλέᾳ ἀντίον τῆς Μιτυλήνης, videamus nunc. Thucydides VIII, 101. narrat, Lacedaemonios Chio profectos et praetervectos Cumaeam coenasse ἐν Ἀργινούσαις τῆς ἠπείρου ἐν τῷ ἀντιπέρας τῆς Μιτυλήνης: hinc nocte media

καὶ τινων αὐτῷ ἐξαγγειλάντων, ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι εἶεν, ἀνήγετο περὶ μέσας νύκτας, ὡς ἐξαπιναίως προσπέσοι· ὕδωρ δ' ἐπιγενόμενον πολὺ καὶ βρονταὶ διεκώλυσαν τὴν ἀναγωγήν. ἐπεὶ δὲ ἀνέσχεν, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἔπλει

profectos venisse Harmatunta collocatam in terra continente Asiae καταντικρὺς Μηθύμνης Nempe insulae Lesbo in longum porrectae plures in continente Asiae urbes oppositae conspiciebantur, veluti Mitylenae Arginusae, Methymnae Harmatus. Maleam ipsam nominat Thucydides III, 4., ubi Athenienses Mitylenen oppugnantes ὥρμουν ἐν τῇ Μαλέᾳ πρὸς βορέαν τῆς πόλεως. ubi monet Hudson, a Strabone dici Μαλίαν, a Ptolemaeo Μανίαν, ut a Scholiaste Aristophanis. E loco Diodori XIII, 79. posito supra ad I, 6, 15. apparet, urbem antiquam et novam Mitylenen divisam fuisse euripo medio: antiquam μικρὰν νῆσον, novam dicit ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν Λέσβου esse. Duos Mitylenae portus memorat Strabo in loco ibidem apposito, alterum clausilem ad meridiem situm, alterum septentrionalem molibus munitum: πρόκειται δ' ἀμφοῖν νησίον μέρος τῆς πόλεως ἔχον αὐτόθι συνοικούμενον. Haec insula videtur esse ea, quam Diodorus urbem antiquam dicit. Xenophon supra sect. 16. simpliciter τὸν λιμένα Mitylenae nominat simul a Conone et Callicratida occupatum. Cononi suppetias ferens duodecim navibus ὡρμίσατο ἐς τὸν εὔριπον τῶν Μιτυληναίων sect. 22., quia portum obtinebat Callicratidas Laco. Malea promontorium in latere meridionali insulae, oppositum Canis, promontorio orae Asiaticae, prope quas Arginusae insulae. De Malea testis Thucyd. III, 6., ubi urbem antiquam significat his verbis: περιορμισάμενοι τὸ πρὸς νότον τῆς πόλεως, duos portus memorat his verbis: καὶ τοὺς ἐφόρμους ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς λιμέσιν ἐποιοῦντο: addit, Maleam navium stationem et forum praebuisse Atheniensibus, ναύσταθμον πλοίων. Aristoteles de ventis Caeciam ait a Lesbiis vocari Θηβαίαν, a Thebae campo flantem: ἐνοχλεῖ δὲ τὸν Μιτυληναίων λιμένα, μάλιστα δὲ τὸν Μαλόεντα. quem portum a Malea promontorio appellatum fuisse non dubito. In Diodori notitia XIII, 97. tacetur Malea, et situs Arginusarum inter Mitylenen et Cumam prope promontorium Canas orae dicitur esse. E gemina mappa geographica et topographica gallicae versioni Editoris Gail adiuncta nihil disci potest ad situm locorum a Xenophonte nominatorum accuratius definiendum, neque in Meletii Geographia iterum edita Venetiis T. III, p. 209 sqq. reperi, quod lectorem Xenophontis adiuvare possit. Ceterum Codd. B. E. male Μιλέᾳ scriptum exhibent.

28. ἀνήγετο] Diodorus accuratius: κατὰ σπουδὴν ἀνήχθη καὶ τῶν Ἀργινουσῶν περὶ θάτερα μέρη. ubi quaedam deesse videntur. Noctu advenisse Lacedaemonios, significat etiam Diodorus: οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὸν μὲν κατάπλουν τῶν πολεμίων εὐθέως ἔγνωσαν οὐ μακρὰν ὁρμοῦντες, διὰ δὲ τὸ μέγεθος τοῦ πνεύμα-

ἐπὶ τὰς Ἀργινούσας. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἀντανήγοντο ἐς 29 τὸ πέλαγος τῷ εὐωνύμῳ, παρατεταγμένοι ὧδε· Ἀριστοκράτης μὲν τὸ εὐώνυμον ἔχων ἡγεῖτο πεντεκαίδεκα ναυσί, μετὰ δὲ ταῦτα Διομέδων ἑτέραις πεντεκαίδεκα. ἐπετέτακτο δὲ Ἀριστοκράτει μὲν Περικλῆς, Διομέδοντι δὲ Ἐρασινίδης· παρὰ δὲ Διομέδοντα οἱ Σάμιοι, δέκα ναυσὶν ἐπὶ μιᾶς τεταγμένοι· ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Σάμιος, ὀνόματι Ἱππεύς· ἐχόμεναι δὲ τῶν ταξιάρχων δέκα, καὶ αὗται ἐπὶ μιᾶς· ἐπὶ δὲ ταύταις αἱ τῶν ναυάρχων τρεῖς, καὶ εἴ τινες ἄλλαι ἦσαν ξυμμαχίδες. τὸ δὲ δεξιὸν κέρας Πρωτόμαχος εἶχε πεντεκαίδεκα 30 ναυσί· παρὰ δ' αὐτὸν Θρασύλος ἑτέραις πεντεκαίδεκα· ἐπετέτακτο δὲ Πρωτομάχῳ μὲν Λυσίας, ἔχων τὰς ἴσας ναῦς· Θρασύλῳ δὲ Ἀριστογένης. Οὕτω δ' ἐτά- 31

τος τὸ μὲν ναυμαχεῖν ἀπέγνωσαν, εἰς δὲ τὴν ἐχομένην ἡμέραν ἡτοιμάζοντο τὰ πρὸς τὴν ναυμαχίαν. Tempestatem nocturnam vides eandem. Tamen Xenophon dissentire videtur in eo, quod Lacedaemonios locum reliquisse negat: διεκώλυσαν τὴν ἀναγωγὴν — ἔπλει ἐπὶ τὰς Ἀργινούσας. Ceterum articulum οἱ ante Ἀθηναῖοι e Paris. B. C. addidi.

ἀνέσχεν] Intellige τὸ ὕδωρ aut ὁ χειμών. Recte igitur et antecedentibus convenienter vertit Leonclavius, *cum tempestas cessavisset*. Z. Theognis: οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

29. *τῷ εὐωνύμῳ*] Quid caussae fuit, cur laevum cornu solum in altum provectum contra hostes dicitur, dextrum non item? An propterea, quoniam medium insulae Arginusae tenebant, et dextrum cornu terrae continenti vicinius erat collocatum?

ἐχόμεναι δὲ τῶν ταξ.] Stephanus coniicit ἐχόμεναι δὲ αἱ τῶν ταξ.

31. *οὕτω δ' ἐτάχθησαν*] Aciem ipsam eandem describunt Xenophon et Diodorus XIII, 98. nec in ulla re discrepant, quod visum est Wesselingio ad illum locum p. 621., sed in rationibus in diversa abeunt, et Diodori quidem rationes natura locorum et situs approbat. Athenienses ita naves suas non omnes ἐπὶ μιᾶς, i. e. singulas iuxta se in linea continua, sed plurimas ita collocaverant, ut altera post alteram posita esset in acie, eo quidem consilio, ut insulas Arginusas acie sua complecterentur; quo facto aciem longissimo spatio extenderunt. Quod cum Lacedaemonii navibus suis aequare nimis longum non possent, divisis navibus aciem instruere coacti sunt, ita ut Atheniensibus ipsis quidem liceret per aciem hostium e regione insularum interruptam pervehi (διεκπλεῖν) et a latere circumvectis terga adoriri hostium (περιπλεῖν); contra hostes per lineam continuam Atheniensium navium nullibi pervadere et a tergo adoriri poterant; mediam enim earum

χθησαν, ἵνα μὴ διέκπλουν διδοῖεν· χεῖρον γὰρ ἔπλεον. Αἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἀντιτεταγμέναι ἦσαν ἅπασαι ἐπὶ μιᾶς, ὡς πρὸς διέκπλουν καὶ περίπλουν παρεσκευασμέναι, διὰ τὸ βέλτιον πλεῖν. εἶχε δὲ τὸ δε-
32 ξιὸν κέρας Καλλικρατίδας. Ἕρμων δὲ Μεγαρεύς, ὁ

partem inclusae insulae firmabant. Contra Xenophon consilio Lacedaemoniorum ducis hoc tribuere videtur, ut naves non in una et continua serie contra hostem, sed divisas in duas partes collocaret *διὰ τὸ βέλτιον πλεῖν;* itaque mentionem insularum in acie navium Atticarum conclusarum omisit. Sed mihi, uti iam dixi, rationes Diodori melius cum natura locorum congruere videntur. Deinde in struenda acie et cornibus ordinandis etiam consentit Diodorus, leviter tamen corruptus. Ait enim: τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρατος Θράσυλλος ἡγεῖτο καὶ Περικλῆς — συμπαρέλαβε δὲ καὶ Θηραμένην εἰς τὸ δεξιὸν κέρας — τοὺς δ' ἄλλους στρατηγοὺς παρ' ὅλην τὴν φάλαγγα διέταξε. Contra legendum est: ἡγεῖτο, καὶ τοῦ εὐωνύμου Περικλῆς. Vidit quidem dissensum vulgatae lectionis a Xenophonte Wesseling; sed emendationi isti non confidebat: addit enim: *modo ambo scriptores in omnibus congruerent et consentirent.* At congruunt in re ipsa ubique, discrepant in rationibus tantum. Praeterea vulgata lectio pugnat cum ipso Diodoro, qui Callicratidam in dextro cornu collocatum Periclis navem adortus haesisse ibique occubuisse dicitur. Itaque Pericles debuit in sinistro cornu navium Atticarum adesse. Nulla adeo dubitatio esse potest de vitio vulgatae lectionis et consensu Xenophontis cum Diodoro. Rectius admonuit idem vir doctus p. 602., Xenophontem alium annum et Archontem, Calliam nempe, assignare rebus a Conone et Callicratida gestis; Diodorus enim ad Antigenem et Olymp. 93, 2. retulit. Contra Scholiastes ad Aristoph. Ranas versu 33. pugnam ad Arginusas ad Antigenem refert, quae ad Archontem Calliam pertinet, anno posteriorem. Haec bene annotavit Wesselingius.

32. Ἕρμων δὲ Μεγ.] Steph. Ἕρμων δὲ καὶ Μεγ. Eodem Hermone gubernatore usus deinde fuit Lysander, testante Demosthene contra Aristocratem p. 691. Ἕρμωνα τὸν κυβερνήτην, τὸν μετὰ Λυσάνδρου λαβόντα τριήρεις διακοσίας, ὅτ' ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἠτυχήσαμεν ἡμεῖς, πεμψάντων Λακεδαιμονίων καὶ κελευόντων ποιήσασθαι πολίτην, ἀποκρίνασθαι. αὐτοῖς (τοὺς Μεγαρέας), ὅτι, ὅταν αὐτοὺς ἴδωσι Σπαρτιάτην αὐτὸν πεποιημένους, τότε καὶ αὐτοὶ Μεγαρέα ποιήσονται. Quomodo igitur Megareus hic ante pugnam ad Aegospotamos dicitur? Scilicet ut civem se gesserat Megarensem, et ius civitatis denique consequi conatus est adiuvante Lysandro. Ceterum Cicero Offic. I, 24. de ea re sic: „Consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginusis removendam nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondebat, Lacedaemonios, classe illa amissa, aliam parare posse, se fugere sine suo dedecore non posse.“ Sensum, non verba, expressit Cicero. Paulo aliter Plutarchus Pelopid. c. 2., ubi aruspicem Callicratidae mortem praedi-

τῷ Καλλικρατίδᾳ κυβερνῶν, εἶπε πρὸς αὐτόν, ὅτι εἴη καλῶς ἔχον ἀποπλεῦσαι· αἱ γὰρ τριήρεις τῶν Ἀθηναίων πολλῷ πλείονες ἦσαν· Καλλικρατίδας δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ Σπάρτη οὐδὲν μὲν κάκιον οἰκεῖται αὐτοῦ ἀποθανόντος, φεύγειν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἔφη. Μετὰ δὲ 33 ταῦτα ἐναυμάχησαν χρόνον πολύν, πρῶτον μὲν ἀθρόαι, ἔπειτα δὲ διεσκεδασμέναι. ἐπεὶ δὲ Καλλικρατίδας τε ἐμβαλούσης τῆς νεὼς ἀποπεσὼν ἐς τὴν θάλατταν ἠφανίσθη, Πρωτόμαχός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τῷ δεξιῷ τὸ εὐώνυμον ἐνίκησαν, ἐντεῦθεν φυγὴ τῶν Πελοποννησίων ἐγένετο ἐς Χίον, πλείστων δὲ καὶ ἐς Φώκαιαν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς τὰς Ἀργινούσας κατέπλευσαν. Ἀπώλοντο δὲ τῶν μὲν Ἀθηναίων νῆες 34 πέντε καὶ εἴκοσιν αὐτοῖς ἀνδράσιν, ἐκτὸς ὀλίγων τῶν

xisse ait ex victima, illum vero respondisse, μὴ παρ' ἕνα εἶναι τὰν Σπάρταν. Hermonem ἐγγραφέντα ἐς τὴν πολιτείαν τῶν Μεγαρέων cum Abante aruspice Lysandri habet Pausanias X, 9. Diodorus cum Plutarcho consentiens dictum Callicratidae sic narrat: ὅτι τελευτήσας οὐδὲν ἀδοξότερον ποιήσει τὴν Σπάρτην. Plutarchus in Laconicis Apophth. p. 832. οὐ παρ' ἕνα τὰν Σπάρταν· ἀποθανόντος γάρ μου οὐδὲν ἡ πατρὶς ἐλαττωθήσεται, ubi εἶναι excidisse monuit Wesseling ad Diodorum.

καλῶς ἔχον] Edd. vett. καλῶς ἔχων, vitiose: Plutarchus Apophth. Lacon. exhibet καλῶς ἔχει — πλείους εἰσίν.

οἰκεῖται] Lectionem marginalem Steph. praeferendam putavi vulgari οἰκιεῖται. Plutarchus l. l. dictum viri refert sic: τί τοῦτο; ἀλλὰ φεύγειν αἰσχρὸν καὶ βλαβερὸν τῇ Σπάρτῃ· μένοντα δὲ ἢ ἀποθανεῖν ἢ νικᾶν ἄριστον. X. Cyrop. VIII, 1, 2. πόλεις νομίμως οἰκήσεται. Negationi inutili μὴ cum F. A. Wolfio μὲν substitui. οὐδαμῇ coniicit Iacobs Additam. p. 168. οἰκεῖται solus Paris. A. habet: equidem οἰκήσεται scriptum mallem. Deinceps ἔφη εἶναι Paris. B. habet.

33. ἐναυμάχησαν] Diodorus XIII, 98. 102. scribit, utrimque maxima cum vi pugnatum esse, atque hanc ipsam pugnam navalem ob numerum navium maximam fuisse, quam Graeci cum Graecis unquam conseruerint.

ἐμβαλούσης τῆς νεώς] Diodorus c. 99. tradit, Callicratidam, postquam cum impetu in navem Lysiae praetoris incurrisset eamque demersisset, atque similiter nonnullas alias hostium naves, detersis remis, ad pugnam inutiles reddidisset, ad extremum Periclis navem violento rostri impetu adortam multis vulneribus confectum procidisse.

Φώκαιαν] Diodorus l. l. reponit Κύμην, quae est finitima Phocaeae.

34. πέντε καὶ εἴκοσιν] Eundem numerum notat ipse Diodorus. Sed infra cap. 7. §. 32. Eury-

πρὸς τὴν γῆν προσενεχθέντων· τῶν δὲ Πελοποννησίων Λακωνικαὶ μὲν ἐννέα, πασῶν οὐσῶν δέκα, τῶν
35 δ' ἄλλων ξυμμάχων πλείους ἢ ἑξήκοντα. Ἔδοξε δὲ [καὶ] τοῖς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῖς, ἑπτὰ μὲν καὶ τετταράκοντα ναυσὶ Θηραμένην τε καὶ Θρασύβουλον, τριηράρχους ὄντας, καὶ τῶν ταξιάρχων τινὰς πλεῖν ἐπὶ τὰς καταδεδυκυίας ναῦς καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῶν ἀνθρώπους· ταῖς δ' ἄλλαις ἐπὶ τὰς μετ' Ἐτεονίκου τῇ Μιτυλήνῃ ἐφορμούσας. ταῦτα δὲ βουλομένους ποιεῖν ἄνεμος καὶ χειμὼν αὐτοὺς διεκώλυσε, μέγας γενόμενος.
36 τρόπαιον δὲ στήσαντες αὐτοῦ ηὐλίζοντο. Τῷ δ' Ἐτεονίκῳ ὁ ὑπηρετικὸς κέλης πάντα ἐξήγγειλε τὰ περὶ τὴν ναυμαχίαν. ὁ δὲ αὐτὸν πάλιν ἐξέπεμψεν, εἰπὼν τοῖς ἐνοῦσι, σιωπῇ ἐκπλεῖν, καὶ μηδενὶ διαλέγεσθαι, παραχρῆμα δὲ αὖθις πλεῖν ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον ἐστεφανωμένους καὶ βοῶντας, ὅτι Καλλικρατίδας

ptolemus duodecim periisse dicit. Ad hunc dissensum componendum negat Morus sufficere, si quis forte per has duodecim tantum Atticas naves intelligat, sed per illas XXV partim Atticas, partim socias. Ni fallor, res componi potest ita, ut statuas, naves quidem omnino XXV periisse, sed ex his tantum XII amissas esse una cum nautis. Nam non modo nostro loco quidam nautae in littus enatasse dicuntur, sed et c. 7. §. 35. casu servati esse nonnulli. Nec a vero abhorret, in ipso proelio navium nonnullarum fractarum nautas exceptos esse ab aliis navibus.

πλείους ἢ ἑξήκοντα] Cf. infra c. 7. §. 26., ubi LXX periisse dicuntur. Sed Diodorus XIII, 100. numerat LXXVII.

35. Ἔδοξε δὲ καὶ] Copulam inutilem seclusi. deinceps solus Codex Paris. D. verum numerum ἑπτά, non ἕξ, ut vulgo legitur, habet, quem firmat consensus cap. 7, 17 et 32.

τριηράρχους ὄντας] Infra c. 7, 6. τῶν τριηράρχων ἀνδράσιν ἱκανοῖς καὶ ἐστρατηγηκόσιν ἤδη Θηραμένῃ καὶ Θρασυβούλῳ καὶ ἄλλοις τοιούτοις. Hinc Diodori XIII, 98. συμπεριέλαβε δὲ Θηραμένην εἰς τὸ δεξιὸν κέρας ἐφ' ἡγεμονίας τάξας, ὃς ἰδιώτης μὲν συνεστρατεύετο τότε, πρότερον δὲ πολλάκις ἦν ἀφηγούμενος δυνάμεων, explicanda sunt, ubi vulgatae scripturae πρότερον, τότε ordinem recte mutavit Eichstaedt, uti locus Xenophontis demonstrat.

καταδεδυκυίας ναῦς] Scholia ad Thucyd. I, 50., ubi τὰ τῶν νεῶν σκάφη, ἃς καταδύσειαν, religari et duci (ἀναδεῖσθαι) dicuntur, explicant καταδύνειν ναῦν per τραυματίζειν. Ita etiam Suidas sub hoc verbo. Infra cap. 7, 35. εἷς τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν ἐπὶ καταδύσης νεὼς σωθείς.

μετ' Ἐτεονίκου] Cf. sect. 26.

νενίκηκε ναυμαχῶν, καὶ ὅτι αἱ τῶν Ἀθηναίων νῆες ἀπολώλασιν ἅπασαι. Καὶ οἱ μὲν ταῦτ' ἐποίουν· 37 αὐτὸς δ', ἐπειδὴ ἐκεῖνοι κατέπλεον, ἔθυε τὰ εὐαγγέλια, καὶ τοῖς στρατιώταις παρήγγειλε δειπνοποιεῖσθαι, καὶ τοῖς ἐμπόροις, τὰ χρήματα σιωπῇ ἐνθεμένους ἐς τὰ πλοῖα ἀποπλεῖν ἐς Χίον, ἦν δὲ τὸ πνεῦμα οὔριον, καὶ τὰς τριήρεις τὴν ταχίστην. αὐτὸς δὲ τὸ πεζὸν ἀπῆγεν ἐς τὴν Μήθυμναν, τὸ στρατόπεδον ἐμπρήσας. Κόνων 38 δὲ καθελκύσας τὰς ναῦς, ἐπεὶ οἵ τε πολέμιοι ἀποδεδράκεσαν, καὶ ὁ ἄνεμος εὐδιαίτερος ἦν, ἀπαντήσας τοῖς Ἀθηναίοις ἤδη ἀνηγμένοις ἐκ τῶν Ἀργινουσῶν, ἔφρασε τὰ περὶ τοῦ Ἐτεονίκου. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι κατέπλευσαν ἐς τὴν Μιτυλήνην, ἐκεῖθεν δ' ἐπανήχθησαν ἐς τὴν Χίον· καὶ οὐδὲν διαπραξάμενοι ἀπέπλευσαν ἐπὶ Σάμου.

CAPUT VII.

Οἱ δ' ἐν οἴκῳ τούτους μὲν τοὺς στρατηγοὺς ἔπαυ- 1 σαν, πλὴν Κόνωνος· πρὸς δὲ τούτῳ εἵλοντο Ἀδείμαντον καὶ τρίτον Φιλοκλέα. Τῶν δὲ ναυμαχησάντων στρατηγῶν Πρωτόμαχος μὲν καὶ Ἀριστογένης οὐκ ἀπῆλθον ἐς Ἀθήνας, τῶν δὲ ἓξ καταπλευσάντων,

Sequens ηὐλίζοντο significat excubias agere, ut ἐπαυλίζεσθαι et ἔπαυλιν ποιεῖσθαι apud Platonem Alcib. II, p. 149. d.

36. βοῶντας] Polyaenus I, 44. adhibet παιωνίζοντας, νίκην ἀγγέλλοντας ἥκειν etc. reliqua verbotenus fere repetiit.

37. τοῖς ἐμπόροις] qui secuti exercitum commeatum suppeditabant, aut ne copiae istae mercatorum hostibus suppeterent. Deinceps Paris. E. οὔρινος habere dicitur.

τὰς τριήρεις τὴν ταχίστην] Cum Stephano verbum excidisse suspicor ἐπισκευάζειν vel ἐπακολουθεῖν. Nam quod Zeune ait, intelligi ἀποπλεῖν ἐς Χίον, non probabile mihi videtur ideo, quoniam tum in fine membri alterius verbum commune positum oportuit.

Μήθυμναν] Diodorus c. 100. τὴν Πυῤῥαίων πόλιν σύμμαχον οὖσαν nominavit.

38. ἀποδεδράκεσαν] Paris. Y. ἀπεδεδράκεσαν. deinceps A. C. E. cum Edd. veteribus εὐδιαίρετος habent.

1. ἔπαυσαν] scilicet ut ad causam dicendam domum redirent, quod naufragos et interfectos in proelio non sustulissent ac sepelivissent. vide Diodorum XIII, 101., qui Adimantum non nominat cum Philocle.

οὐκ ἀπῆλθον] Hi duo enim φοβηθέντες τὴν ὀργὴν τοῦ πλήθους ἔφυγον. Sed reliqui sex cum magna navium parte re-

Περικλέους καὶ Διομέδοντος καὶ Λυσίου καὶ Ἀριστοκράτους καὶ Θρασύλου καὶ Ἐρασινίδου, Ἀρχέδημος, ὁ τοῦ δήμου τότε προεστηκὼς ἐν Ἀθήναις καὶ τῆς Δεκε-

verterunt, hac spe maxime inducti, fore, ut a nautis in iudicio sublevati periculum imminens effugerent. Diod. l. l. Z. Archestratus ante pugnam obierat Mitylenae; post pugnam duodecim modo naves Athenas salvae sunt reversae, auctore Lysia p. 701. ed. Reisk.

2. *τότε προεστηκὼς ἐν Ἀθήναις*] Morus manca haec putat, quia, cui rei praefectus fuerit, non appareat. In hanc suspicionem maxime incidisse videtur ductus lectione marginali Steph., quae est in codice B., *ὁ τοῦ δήμου τότε προεστὼς ἐν Ἀθήναις*, quod interpretamentum esse suspicor, quoniam non raro occurrunt *οἱ προεστηκότες τοῦ δήμου* seu *οἱ τοῦ δήμου προϊστάμενοι*: veluti Lys. p. 450. ed. R., ubi ab illis *οἱ στρατηγοῦντες* et *ταξιαρχοῦντες* distinguuntur. Xenophontis vero lectionem esse integram, alia comprobant loca. Sic infra III, 5, 1. dicuntur *οἱ προεστηκότες ἐν ταῖς πόλεσιν*, et §. 4. *οἱ ἐν ταῖς Θήβαις προεστῶτες*: atque Thucyd. VIII, 81. *οἱ προεστῶτες ἐν τῇ Σάμῳ*. Quaeritur igitur, quem magistratum gesserit ille Archedemus? Fortasse fuit praetor urbanus, qui vocatur *ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τῆς διοικήσεως*. Solebant enim Athenienses denos praetores (*στρατηγοὺς*) ex singulis tribubus (*δήμοις*) singulos creare: quos vero non semper omnes ad bellum mittebant; sed modo unum, modo duo pluresve, nisi belli magnitudo omnes posceret; reliquos autem domi manere ad officia urbana, ad rem militarem spectantia, administranda iubebant. Horum inprimis duo genera commemorantur, *τῶν ἐπὶ τῆς διοικήσεως*, et *τῶν ἐπὶ τῶν ὅπλων*. Priores exercebant quaestiones ad rem militarem spectantes, velut *ἀντιδόσεις, τριηραρχίας, ἀποφάσεις, ἀστρατείας*. Cf. Sigon. de Republ. Atheniensium p. m. 612 et 631. Ceterum ante *τότε*, legibus linguae iubentibus, articulum *ὁ* revocavi ex marg. Steph. Z. Supplementum Codicis B. receptum a me docet, de magistratu aliquo quaeri non oportere. Fuit enim Archedemus demagogus valde potens tunc. Vide quae dixi ad Memorabilia II, 9. Is a demo *πήληξ* nominatur ab Aeschine contra Ctesiph. p. 531. et a vitio oculorum *γλάμων* a Lysia contra Alcibiad. p. 536.

τῆς Δεκελ. ἐπιμ.] h. e. *demarchus* seu *curator Deceliae*, quae erat una ex decem tribubus populi Athen. Munus demarchi vide apud Sigon. l. l. p. 606. In marg. Stephan. est *Δεκελείας* [quae est scriptura Codd. B. C. deinceps *ἐπιμελόμενος* B. D.]. Z. Ita quidem Morus etiam interpretatur; neuter tamen rationem edidit, cur demarchi fiat mentio, et quis eius muneris fuerit nexus cum rebus mox narrandis. Equidem abusum fuisse puto Archedemum ut demarchum lege ea, quam memoravit Demosthenes contra Macart. p. 1069., atque ex ea accusasse duces, quod mortuos non sustulissent. Lex iubebat: *τοὺς ἀπογιγνομένους ἐν τοῖς δήμοις, οὓς ἂν μη-*

λείας ἐπιμελούμενος, Ἐρασινίδῃ ἐπιβολὴν ἐπιβαλὼν, κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ, φάσκων, ἐξ Ἑλλησπόντου αὐτὸν ἔχειν χρήματα, ὄντα τοῦ δήμου. κατηγόρει δὲ καὶ περὶ τῆς στρατηγίας. καὶ ἔδοξε τῷ δικαστηρίῳ δῆσαι τὸν Ἐρασινίδην. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῇ βουλῇ 3 διηγοῦντο οἱ στρατηγοὶ περί τε τῆς ναυμαχίας καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ χειμῶνος. Τιμοκράτους δ' εἰπόντος, ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους χρὴ δεθέντας ἐς τὸν δῆμον παραδοθῆναι, ἡ βουλὴ ἔδησε. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκλησία 4 ἐγένετο, ἐν ᾗ τῶν στρατηγῶν κατηγόρουν ἄλλοι τε καὶ Θηραμένης μάλιστα, δικαίους εἶναι λέγων λόγον ὑποσχεῖν, διότι οὐκ ἀνείλοντο τοὺς ναυαγούς. ὅτι μὲν γὰρ οὐδενὸς ἄλλου καθήπτοντο, ἐπιστολὴν ἐπεδείκνυε μαρτύριον· καὶ ἔπεμψαν οἱ στρατηγοὶ ἐς τὴν

δεὶς ἀναιρῆται, ἐπαγγελλέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν ἀναιρεῖν καὶ θάπτειν καὶ καθαίρειν τὸν δῆμον τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν. Videtur igitur Archedemus pro civibus, ex demo Decelia occisis, publice dixisse et duces navium accusasse. Quod vero deinde Theramenes occisorum φράτορας et cognatos, veste nigra indutos, introire in concionem et accusare duces iubet, in eo etiam abuti mihi videtur lege aliqua, simili illi, quae iubebat προειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ δίκην ἐντὸς ἀνεψιότητος, συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιῶν παῖδας καὶ γαμβροὺς καὶ ἀνεψιοὺς καὶ πενθεροὺς καὶ ἀνεψιαδοῦς καὶ φράτορας etc. Quam quidem legem Interpretes nondum iusto commentario explicasse mihi videntur. Omnes igitur cognati et phratores occisorum in societatem accusationis coire iubentur lege; eaque aut simili forte Theramenes tunc abusus est, cum duces accusare vellet, qui occisos ab hoste aut naufragos non sustulerant, nec servarunt, quasi naufragorum occisores. Si quis meliora et certiora his attulerit, eum lubens sequar. Officia demarchorum nuper enarravit *Meier* de bonis damnatorum p. 204., ubi monet, φύλαρχον similiter dici φυλῆς ἐπιμελητήν.

ἐπιβολὴν] Sic recte de sententia Brodaei, Taylori ad Lys. p. 220. ed. R. et aliorum virorum eruditorum vitiosam lectionem ἐπιβουλὴν, quae est etiam in Codd. A. C. E., correxit Morus. Est autem ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν magistratuum, et significat, interprete Suida, ζημίαν ὁρίζειν, *mulctam constituere*. Similis nostro est locus Lysiae contra Nicom. initio: ἐπιβαλλόντων δὲ τῶν ἀρχόντων ἐπιβολὰς καὶ εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον etc.

κατηγόρει] scil. αὐτοῦ.

3. Τιμοκράτους] Aristotelis patrem Timocratem aliquem nominat Thucyd. III, 105. An idem hic, et Xenophonteus et is, contra quem dixit Demosthenes?

4. ἐπεδείκνυε — καὶ ἔπεμ-

ἐς τὸν δῆμον, ἄλλο οὐδὲν αἰτιώμενοι, ἢ χειμῶνα. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ στρατηγοὶ βραχέα ἀπελογήσατο, οὐ γὰρ προυτέθη σφίσι λόγος τὸν νόμον, καὶ τὰ πεπραγμένα διηγοῦντο, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τοὺς πολεμίους πλέοιεν, τὴν δὲ ἀναίρεσιν τῶν ναυαγῶν προστάξαιεν τῶν τριηράρχων ἀνδράσιν ἱκανοῖς καὶ ἐστρατηγηκόσιν ἤδη, Θηραμένει καὶ Θρασυβούλῳ καὶ ἄλλοις τοιούτοις· καί, εἴπερ γέ τινας δέοι περὶ τῆς ἀναιρέσεως, οὐδένα ἄλλον ἔχειν αὐτοὺς 6 αἰτιᾶσθαι ἢ τούτους, οἷς προσετάχθη. καὶ οὐχ, ὅτι γε κατηγοροῦσιν ἡμῶν, ἔφασαν, ψευσόμεθα φάσκοντες, αὐτοὺς αἰτίους εἶναι, ἀλλὰ τὸ μέγεθος τοῦ χειμῶνος εἶναι τὸ κωλῦσαν τὴν ἀναίρεσιν. τούτων δὲ μάρτυρας παρείχοντο τοὺς κυβερνήτας καὶ ἄλλους τῶν 7 ξυμπλεόντων πολλούς. Τοιαῦτα λέγοντες ἔπειθον τὸν δῆμον. ἐβούλοντο δὲ πολλοὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐγγυᾶσθαι ἀνιστάμενοι· ἔδοξε δὲ ἀναβαλέσθαι ἐς ἑτέραν ἐκκλησίαν· τότε γὰρ ὀψὲ ἦν, καὶ τὰς χεῖρας οὐκ ἂν καθεώρων· τὴν δὲ βουλὴν προβουλεύσασαν ἐσενεγ-

ψαν] Cum Paris. B. vulgatum ἐπεδείκνυ mutavi. Deinceps Stephanus ἣν ἔπεμψαν maluit, quod Leoncl. vertit et Wels recepit. Epistolam hanc ducum ad senatum populumque missum Diodorus XIII, 101. perverse interpretatus esse videtur. Is enim narrat, Theramenem et Thrasybulum primos advenisse Athenas. Hos igitur auctores calumniae apud iratum populum imperatores putasse. Igitur ἀπέστειλαν κατ᾽ αὐτῶν ἐπιστολὰς πρὸς τὸν δῆμον διασαφοῦντες, ὅτι τούτους ἔταξαν ἀνελέσθαι τοὺς τελευτήσαντας. Hinc irritatos Theramenem et Thrasybulum interitum ducibus parasse. Quae ratio est plane contraria narrationi Xenophonteae, quae magna probabilitatis specie commendatur. In ea enim ingenium Theramenis versutum apparet, quod ei cognomen κόθορνος fecerat.

5. βραχέα] Ita Edd. vett. Morus et Weiske. βραχέως Steph. cum Paris. B. D. βραχέος C. habet. Initio μετὰ ταῦτα δὲ Par. D.

καί, εἴπερ γέ τινας δέοι] Zeune καὶ interpretatur τοιγαροῦν. Ad verbum δέοι intelligitur sequens αἰτιᾶσθαι, vel, ut habent Paris. B. C. D., αἰτιάσασθαι. Deinceps male ἢ τούτοις C. E. habent.

6. καὶ οὐχ, ὅτι γε — ἡμῶν] Particula γε hac in oratione locum non habet, nisi mecum καίτοι γ᾽ οὐχ, ὅτι scribas.

7. οὐκ ἂν καθεώρων] quoniam suffragia ferebant manibus attollendis, quod χειροτονεῖν dicebatur.

ἐσενεγκεῖν] sc. ἐς τὴν ἐκκλησίαν. vid. §. 9.

κεῖν, ὅτῳ τρόπῳ οἱ ἄνδρες κρίνοιντο. Μετὰ δὲ ταῦτα 8 *ἐγένετο Ἀπατούρια, ἐν οἷς οἵ τε πατέρες καὶ οἱ ξυγγενεῖς ξύνεισι σφίσιν αὐτοῖς. Οἱ οὖν περὶ τὸν Θηραμένην παρεσκεύασαν ἀνθρώπους μέλανα ἱμάτια ἔχοντας καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους πολλοὺς ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ἵνα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἥκοιεν, ὡς δὴ ξυγγενεῖς ὄντες τῶν ἀπολωλότων, καὶ Καλλίξενον ἔπεισαν, ἐν τῇ βουλῇ κατηγορεῖν τῶν στρατηγῶν. Ἐντεῦθεν ἐκκλη-* 9 *σίαν ἐποίουν, ἐς ἣν ἡ βουλὴ ἐσήνεγκε τὴν ἑαυτῆς γνώμην, Καλλιξένου εἰπόντος, τήνδε· Ἐπειδὴ τῶν τε κατηγορούντων κατὰ τῶν στρατηγῶν καὶ ἐκείνων*

8. *πατέρες*] Haud dubie leg. *φράτορες*, h. e. *curiales*, qui sunt eiusdem *φρατρίας*, quae erat tertia pars *τῆς φυλῆς*, auctore Suida. Nam *Ἀπατούρια* mense Pyanepsione, h. e. Octobri, per triduum celebrabantur; quorum primus dies vocabatur *δόρπεια· ἐπειδὴ*, inquit Suidas, *φράτορες ὀψίας συνελθόντες εὐωχοῦντο.* Alter *ἀνάῤῥυσις, ἀπὸ τοῦ ἄνω ἐρύειν*, h. e. *θύειν· ἔθυον δὲ Διῒ φρατρίῳ καὶ Ἀθηνᾷ.* Tertius *κουρεῶτις, ἀπὸ τοῦ τοὺς κούρους καὶ τὰς κόρας ἐγγράφειν εἰς τὰς φρατρίας.* Cum haec scripsissem, non sine voluptate cognovi, iam ante me eandem emendationem propositam esse a Brunckio doctissimo ad Aristoph. Acharn. 146. Z. Tertio die factum fuisse videtur, ut pueri, sacrificio simul diis oblato, inscriberentur et nomen profiterentur suum, ut apparet ex Andocide p. 62. ed. Reiskii. Sacrificio praeerat e Cerycum numero Daduchus Callias.

ξυγγενεῖς] Ipsos curiales dictos esse hoc nomine, tradunt Hesychius et Suidas. Z. Sed notio propria hic locum etiam habet, ut ex Andocidis loco apparet.

ἐκκλησίαν] Apaturia, per tres dies celebrari solita, non impediebant, quominus concio et senatus haberetur; quod deinde mutatum fuit Archonte Cephisodoro. Ita Athenaeus IV, p. 171. *Φῶκος εἶπεν, ὅπως ἂν ἡ βουλὴ ἄγῃ τὰ Ἀπατούρια μετὰ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων κατὰ τὰ πάτρια, ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ ἀφεῖσθαι τοὺς βουλευτὰς τὰς ἡμέρας, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι βουλαὶ διαφίενται ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς οἱ προτένθαι ἄγουσι, πέντε ἡμέρας.* Quem locum Casaubonus male ad Areopagum referebat. Cum Apaturia per 3 dies celebrari solita sint, apparet, adiectos fuisse feriis illos dies, quos collegium *προτενθῶν* celebrare solebat ante Apaturia. Ad *προτένθας* illos male referunt quidam locum Aristoph. Nub. 1198.

9. *ἐπειδὴ*] Edd. vett. *ἐπεὶ δὲ* cum codice A. sequens *τε* omittit E.

κατὰ] Stephanus vult tolli, quia alias *κατηγορεῖν τινος* dicitur. Sed auctorem hic ad ambiguitatem genitivi *τῶν στρατηγῶν* vitandam pleonasmum hunc adhibuisse arbitror, praesertim cum res non sit contra linguae leges. Veluti *καταγιγνώσκειν*

ἀπολογουμένων ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀκηκόασι, διαψηφίσασθαι Ἀθηναίους πάντας κατὰ φυλάς, θεῖναι δὲ ἐς τὴν φυλὴν ἑκάστην δύο ὑδρίας· ἐφ' ἑκάστῃ δὲ τῇ φυλῇ κήρυκα κηρύττειν, ὅτῳ δοκοῦσιν ἀδικεῖν οἱ στρατηγοί, οὐκ ἀνελόμενοι τοὺς νικήσαντας ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, ἐς τὴν προτέραν ψηφίσασθαι· ὅτῳ
10 δὲ μή, ἐς τὴν ὑστέραν. ἂν δὲ δόξωσιν ἀδικεῖν, θανάτῳ ζημιῶσαι, καὶ τοῖς ἕνδεκα παραδοῦναι, καὶ τὰ χρήματα δημοσιεῦσαι, τὸ δ' ἐπιδέκατον τῆς θεοῦ
11 εἶναι. Παρῆλθε δέ τις ἐς τὴν ἐκκλησίαν φάσκων, ἐπὶ τεύχους ἀλφίτων σωθῆναι· ἐπιστέλλειν δ' αὐτῷ τοὺς ἀπολλυμένους, ἐὰν σωθῇ, ἀπαγγεῖλαι τῷ δήμῳ, ὅτι οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἀνείλοντο τοὺς ἀρίστους ὑπὲρ τῆς
12 πατρίδος γενομένους. Τὸν δὲ Καλλίξενον προσεκαλέσαντο, παράνομα φάσκοντες ξυγγεγραφέναι, Εὐρυπτόλεμός τε ὁ Πεισιάνακτος καὶ ἄλλοι τινές. τοῦ δὲ

τινὸς etiam vulgo dicitur: verumtamen interdum κατὰ etiam additur: ut Diodor. Sic. XVIII, 62. est καθ' οὗ θάνατον πάντες κατέγνωσαν.

προτέρᾳ] Marg. Steph. cum cod. B. προτεραίᾳ. Sed vid. interpr. ad Thom. Magistr. p. 761.

ἀκηκόασι] Iuntinae et ceterarum Edd. vet. ἀκηκόατε praetulit Zeune vero, quod cum Leoncl. et Steph. habent codices. Deinceps ἅπαντας κατὰ φυλὰς habet Codex B. Cum suffragia tribus ferre iubentur, res redit et iudicium ad plebeiorum et pauperum libidinem. Cf. Herodoti V, 69 et 70.

10. ἐπιδέκατον τῆς θεοῦ] Bonorum publicatorum decimam partem Minervae esse consecratam, docet Meursius Lect. Attic. V, 13.

12. προσεκαλέσαντο] Loco προεκαλ., quod sensum efficit ineptum, certissimam recepi Mori emendationem. Est enim προσκαλεῖσθαι, quod et infra VII, 4, 64. occurrit, idem quod ibid. §. 18. δίκας προσκαλεῖσθαι, h. e. πρὸς δίκας καλεῖσθαι. Nam Harpocratio, Πρόσκλησις, inquit, ἡ εἰς δικαστήριον κλῆσις, καὶ προσκαλεῖσθαι, τὸ παραγγέλλειν εἰς δίκην. Cf. Markland. ad Lys. p. 707. ed. R. et Valckenar. ad Ammon. p. 126.

Πεισιάνακτος καὶ Ἀξίοχος] Posterius nomen e Dialogo Axiochi nomine inscripto sect. 12. addendum censuit Koeppen, cui paruit Weiske. Verba sunt Socratis ad Axiochum: ὅτ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπηρόμην τὴν γνώμην· οὐ γὰρ ἐφαίνετό μοι σεμνὸν, δήμῳ μαινομένῳ συνεξάρχειν· οἱ δὲ περὶ Θηραμένην καὶ Καλλίξενον τῇ ὑστεραίᾳ προέδρους ἐγκαταδέτους ὑφέντες κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον· καίτοι γε σὺ μόνος αὐτοῖς ἤμυνες καὶ Εὐρυπτόλεμος, τρισμυρίων ἐκκλησιαζόντων. Sed antequam de supplemento isto

δήμου ἔνιοι ταῦτα ἐπῄνουν, τὸ δὲ πλῆθος ἐβόα, δεινὸν εἶναι, εἰ μή τις ἐάσει τὸν δῆμον πράττειν, ὃ ἂν βούληται. καὶ ἐπὶ τούτοις εἰπόντος Λυκίσκου, καὶ τού- 13 τους τῇ αὐτῇ ψήφῳ κρίνεσθαι, ᾗπερ καὶ τοὺς στρατηγούς, ἐὰν μὴ ἀφῶσι τὴν ἐκκλησίαν, ἐπεθορύβησε πάλιν ὁ ὄχλος, καὶ ἠναγκάσθησαν ἀφιέναι τὰς κλήσεις. Τῶν δὲ πρυτάνεων τινῶν οὐ φασκόντων 14 προθήσειν τὴν διαψήφισιν παρὰ τοὺς νόμους, αὖθις Καλλίξενος ἀναβὰς κατηγόρει αὐτῶν τὰ αὐτά. οἱ δὲ ἐβόων καλεῖν τοὺς οὐ φάσκοντας. οἱ δὲ πρυτάνεις 15 φοβηθέντες ὡμολόγουν πάντες προθήσειν, πλὴν Σωκράτους τοῦ Σωφρονίσκου· οὗτος δ' οὐκ ἔφη ἀλλ' ἢ κατὰ τοὺς νόμους πάντα ποιήσειν. Μετὰ δὲ ταῦτα 16 ἀναβὰς Εὐρυπτόλεμος ἔλεξεν ὑπὲρ τῶν στρατηγῶν τάδε.

iudicari possit, sequentis loci scriptura stabilienda est. Vulgo erat: καὶ ἄλλοι τινὲς τοῦ δήμου ταῦτα ἐπῄνουν. Stephanus coniecit καὶ ἄλλοι, καί τινες τοῦ δήμου, vel καὶ δὴ καί τινες τοῦ δ., vel καὶ ἄλλοι καί τινες δὲ τοῦ δήμου. Morus ante καὶ ἄλλοι nomen alterius accusatoris excidisse putabat. Zeune probavit scripturam in margine Steph. et Leoncl. annotatam et a Leonclavio in versione expressam, καὶ ἄλλοι τινὲς, τοῦ δὲ δήμου ἔνιοι ταῦτα ἐπῄνουν. quae cum in Codd. B. D. exstet, a me fuit recepta. Itaque supplementum Koeppenii non necessarium esse censeo. Ceterum ad rem pertinet locus Demosthenis p. 1149. γενομένου τοῦ ψηφίσματος καὶ οὐδενὸς γραφομένου παρανόμων.

13. ἐπὶ τούτοις] h. e. μετὰ ταῦτα.

καὶ τούτους] *hos ipsos*, sc. Euryptolemum aliosque praetorum defensores. Iidem intelliguntur mox in ἠναγκάσθησαν.

14. πρυτάνεων] Athenaeus, qui p. 217. locum laudat, addit τινῶν, quod adiungi voluit Wolfius et habent Codices B. B. D. E. Y.

προθήσειν] Vett. edd. hic et paulo post dant προσθήσειν. sed veram scripturam Stephan. et Athen. exhibent.

παρὰ τὸν νόμον] Athenaeus citat παρὰ τοὺς νόμους, quod habent Codices 5 Paris. atque hic numerus auctoritate Xenoph. Memor. I, 1, 18. et Plat. Apolog. cap. 20. comprobatur.

τὰ αὐτά] Athenaeus omittit.

οἱ δὲ ἐβόων] h. e. οἱ δὲ ἄλλοι, sc. ὁ ὄχλος.

15. πάντες] Athen. ἅπαντες.

